

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Sacramentis

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber undecimus, De eucharistia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-926](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-926)

charistia edere, bibere, sic sunt propria specierum panis & vini nutrientium corpora nostra, vt de corpore dicantur etiam, sanguineque Christi.

IX. Et vero, quemadmodum in Baptismo lotio gemina est, vna corporalis, quæ signi, altera spiritalis quæ significata rei, sic in Eucharistia, distinguatur oportuit manducationem potumque corporalem, & spiritualem, vt illa peragatur à corpore, per eius instrumenta ad hoc à natura comparata, vt inter omnes homines ratio est nutr. endi corporis edendo & bibendo. Ita vero fiat à mente per eius facultates & operationes: ideoque non sit nisi metaphorice translatis scilicet vocabulis, ab actibus corporeis, ad mentales.

X. Hac distinctione supposita iam constat apud utrosque, species panis & vini in hoc Sacramento, manducari, bibique corporaliter, itaque etiam proprie. Deinde non edi, bibive metaphoricè, aut per vllam actionem mentalem. De corpore etiam Christi, ac sanguine haud minus constat edi, bibique spiritaliter, siue metaphoricè per actionem mentalem, quæ fides dicitur, vnde nemini dubium, quin quemadmodum panis & vinum ore, sic corpus & sanguis fide sumi rectè dicantur.

XI. Rursum, quoniam quicunque ad Eucharistiam accedunt, iidem à natura habent instrumenta edendi, bibendi, nemo ambigit, ipsè omnibus quæ manducari, bibique; externas illas species, nullo bonorum, malorumve discrimine, puta Petri, & Iscarioræ. Et vicissim, quia cuncti vere fideles, itidem obtinuerunt verum illud organum fidei, quo peragitur usus potusque spiritalis, neutri reuocant in dubium ab omnibus fidelibus corpus & sanguinem Christi fide manducari & bibi.

XII. His communi consensu definitis, gemina quæstio superest. Vna, vtrum quemadmodum panem vinumque non tantum corpore verum est sumi, sed etiam certum non nisi corpore, sic corpus & sanguis Christi, ita fide ac mente, vt non nisi mente ac fide sumi, sit legitimum Christianorum dogma, Altera inde consequens, vtrum quemadmodum species externæ promiscuè patent omnibus, nec hominibus tantum, sed etiam animantibus, sic res ipsas indifferenter sumi à quibuslibet fidelibus, infidelibus, imo hominibus, bestijsque pie credendum sit.

XIII. Constat ergo quæstio capite gemino disputatio: vno de manducatione qua corporali qua spiritali, altero de manducatione indigna, nam communi consensu ea manducatio, quæ fit à non fidelibus, scilicet sunt homines siue bestie, obtinuit indignæ manducationis nomen, ex verbis Pauli 11. prioris ad Corinth. Sic tres futuræ sunt partes huius materiæ, disputabimus enim scorsim de corporali, quam tumentur Papistæ: tum de spiritali, cui attendunt Catholicici: post de indigna, quæ rursus Papistas nacla est patronos.

C A P. II.

De corporali manducatione Papistarum sententia.

I. Papistæ manducationem Christi solent distinguere, primum in Sacramentalem & spiritualem: Bonauentura in 4. dist. 9. quæst. 1. Duplex est modus manducandi. Cuius distinctio oritur à triplici principio. Videlicet à dispositione sumentium. Quia quidam accedunt male dispositi, & hi manducant sacramentaliter, quidam bene, & hi spiritaliter. Vt scilicet secundo oritur distinctio à modo sumendi. Quidam enim suscipiunt ore corporis, & hi sacramentaliter: quidam vero ore cordis, & hi spiritaliter, vnde secundum duplex os, duplex manducatio. Tertio oritur distinctio ab ipso Sacramento, quia duplicem habet re quarum vna potest recipi sine altera, ita sicut duplex est Baptismus fluminis & fluminis à duplici re: sic est duplex modus manducandi. Et hoc vltimum est, quia vna res potest sumi sine altera.

II. Distinctionem admittit Thomas part. 3. quæst. 89. art. 1. sed breuius, in sumptione huius Sacramenti duo sunt consideranda, scilicet ipsum Sacramentum, & effectum ipsius. Perfectus modus sumendi hoc Sacramentum, est quando aliquis ita hoc Sacramentum suscipit, quod percipit eius effectum. Cõtingit autem quandoque, quod aliquis impeditur à percipiendo effectum huius Sacramenti, & talis sumptio huius Sacramenti est imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectum diuiditur, ita sacramentalis manducatio, per quam sumitur solum Sacramentum sine effectum ipsius, diuiditur contra spiritualem manducationem, per quam quis percipit effectum huius Sacramenti, quo spiritaliter homo Christo coniungitur per fidem & caritatem.

III. Hac sufficiebat olim distinctio: nec erat amplius tradita à Lombardo in sententijs. Sed deinceps vltius progressa subtilitas, vtrumque membrum multiplicauit. Suarez disp. 62. sect. 1. Spiritus sumptio diuidi potest in spiritualem tantum. Et in spiritualem & sacramentalem simul. Priori modo spiritalis sumptio propriissime sumpta est, quæ fit per votum seu desiderium huius Sacramenti. Sic ille prius membrum definiuit, alterum neglexit forte quia facile intellectu ex precedentibus. Sed postea, diuiditur sacramentalis sumptio in sacramentalem tantum, & spiritualem & sacramentalem simul. Et paulo post, Hac sacramentalis sumptio, si fiat sine fructu spiritali, dicitur sacramentalis tantum, si vero fiat cum fructu, dicitur etiam spiritalis, siue ita determinetur ab effectu, siue ab actu, & dispositione cum qua fit.

IV. Soto paulo aliter, quæst. 11. dist. 11. Nonnulli quatuor conueniant manducandi modo: scilicet realiter tantum, vt manducat brutum, & sacramentaliter tantum, vt manducat homo in peccato, & spiritaliter tantum, vt manducat, qui baptizatur, & qui per contritionem, & fidem viuam efficitur membrum Christi, antequam Eucharistiam manducet, & sacramentaliter spiritaliterque coniungitur, vt manducat iustus Sacramentum suscipiens. Improbatur statim. Nam Antiqui, inquit, merito non curarunt nisi duos distinguere modos, nã brutalis hac manducatio, non est per se manducatio Sacramenti, sed per accidens, postquam non adest intentio manducandi Sacramentum, ea autem quæ sunt per accidens ab arte, vt ait Aristoteles sunt relinquenda. Item illa manducatio mere spiritalis, quæ est desiderium expressum Eucharistiam manducandi, non est manducatio in re, sed est votum, & desiderium manducandi. Tum concludit, Duo ergo sunt præcise modi manducandi in re, scilicet vnus mere sacramentalis, & aliter simul spiritalis.

V. Cardinalis de Turcremata ad Canonem, Quid est Christum manducare, de consec. distinct. 2. cum bimembri distinctioni obieisset, possesse tria membra, vt in Baptismo, suscipiendi rem & Sacramentum, vel Sacramentum & non rem, vel rem & non Sacramentum, respondet, Hic etiam potest fieri talis distinctio. In quibusdam enim coniunguntur duæ manducationes, & hi suscipiunt rem & Sacramentum, in quibusdam separatur, & hi suscipiunt vel rem tantum, vel Sacramentum tantum. Sed quia hæc diuisio, magis se tenet ex parte suscipientium, quam ex parte Sacramenti, ideo non est propria huic Sacramento, sicut Baptismo.

VI. Hæc illi, & fortasse aliter alij, non est enim nostrum ad vnguè exequi, quicquid apud eos subtilitatis est. Sed hoc notari volumus, à Lombardo fundamentum distinctionis poni in Sacramenti reb. Sicut sunt duæ res illius Sacramenti, ita & duo modi manducandi. Bonauentura a. eth. non hinc solū, tamen hinc præcipue arcessit, diserte notans vnã rem Sacramenti, sumi posse sine altera. Vt intelligamus duos manducandi modos esse duob. rebus parallelis. Longe aliter, quam postea Scholastici. Et nunc omnes Papistæ, qui vtrumque modū referunt ad corpus Christi, quæ altera tantū Sacramenti res est: sic n. intelligunt, corpus ipsum illud realiter sumi manducarique, tum sacramentaliter tantum, tum spiritaliter tantum, nempe vt sint vnus eiusdemque rei manducandæ duo modi. Inde coacti distinguere Sacramentum à fructu Sacramenti, cum tamen fructus intelligant beneficia procedentia à comunione legitima, puta vnionem cum corpore mystico, & remissionem peccatorum, cum tamen veteres rem Sacramenti conciperent, corpus ipsum Christi cui destinata species panis, & sanguinem, cui species vini. In quo quantum sit momentum suo loco sumus expenduri.

VII. Nunc de manducatione corporis. Sanctius c. 1. repet. 5. Credimus à nobis tam vere corpus excipi, quam sedet ad dextrâ Patris: atq; inde longe ampliores atq; vberiores fructus ad nos peruenire, quam si solo animo, & fide amplecteremur. Tã vere inquit, & poterat ferri, sed relatè ad solū animum, vt necesse sit veritatè intelligi, non in re ipsa, sed in modo sumendi, videlicet per organum corporis. Quod dictum Berengario in quæst. 1. Non tantum in Sacramento, sed etiam in veritate sensualiter frangi, & dentibus atteri. Itaq; Rosenfeldis contra Oecolampadium lib. 3. c. 13. Si carne qua pro nobis in cruce fuerit immolata, neges in os nostrum sumi realiter, & edi, atq; transglutiri, perperam cogitas. Sanctius c. 3. ripit, à dentibus nostris vere circa carnis illius substantiam exercetur actio. Dedechus, Catholicici, inquit, admittunt manducationem veram, realem, spiritualem corporis Christi, hoc sensu, vt sit substantialiter, & corporalis, hoc est, verum, reale, naturale corpus eius tam substantialiter distribuatur per sanctam Eucharistiam, quam erat in utero Virginis, & in cruce. Et iterum Corpus & sanguinem Eucharisticū ingredi in os nostrum, super linguam nostram, & inter dentes nostros. Sebastianus Michaelis c. 20. responsionis 2. Dicebam manducationem esse realem, vt aliorum ciborum, quandoquidem transeat per os nostrum, & organa manducationis, atq; in nos ingrediatur.

VIII. Ita notari debent omnia diligenter, quæ rem non relinquunt in dubio. Nam primo constat de ipsissimo corpore Christi agi per se, nõ a. per aliud. Secundo de locali motu eius corporis, vt videlicet extrinsecus adueniens ingrediatur in os, & stomachum, vbi prius non erat tam proprie, quam panis & vinum. Ingrediat autem, & in eo ingressa subijciatur ori, dentibus, linguæ, œsophago, stomacho. Denique & horum actionibus, vt vtrumque dicatur, distinctè, tum manducari, tum bibi. Nam alioquin certum est per eadem organa transire potum, & cibum: sed alias tamen esse circa cibum actiones, alias circa potum, à quibus actionibus, propria differentia edendi, & potandi. Quare corpus Christi ijs eorum organorum actionibus excipi, quibus, quæ vulgo comeduntur, & sanguinem ijs, quibus quæ bibuntur. Itaque diserte dictum Sanctio exerceri dentium actionem circa substantiam corporis.

IX. At Glossator Confessionis Berengarianæ, visus erat non sine horrore legere illud, fidelium dentibus atteri. Itaq; cautelam adscripsit Nisi sane intelligi verba Berengarii, in maiorem incidit heresim, quã ipse habuit, ideo omnia referas ad species ipsas, nam de Christi corpore partes non facimus. Similiter Cardinalis de Turcremata, Professio ista bene intellecta est vera & vere Catholica, alias non recepisset eam Apostolica sedes, in qua semper religio Christiana immaculata permansit. Intelligi autè debet sic, vt vtrumque dictum capiatur ratione specierum exteriorum, circa quas contingit esse attributionem fractionem & masticationem. Cuius sententia videtur esse nonnulli hodie. Nam Sebastianus Michaelis c. 20. Manifestum est, cum quid miscetur alteri, quod sit comestibile, id quod ei admiscetur, et si non possit dentibus manui: tamen vere manducari, si cum ea sit quæ manducetur: vt si pasta panis admisceantur ramenta auri & fragmenta gemmarum. Cæsar Bulengerus c. 2. lib. 4. contra Plessæum, Sufficit accidentia manducandi, & teri, corpus a. eum accidentibus descendere in stomachum. Sunt enim attendendæ actiones, secundum id quod proprium, non per accidens. Accidens est, quod corpus Christi non teratur, quia glorificatum, impassibile, absq; quantitate.

X. Erramen hac ipsa limitatione addita vix Berengario veniam dat Cardinalis. Nam statim, Nec iste modus loquendi est tenendus, significans vtrumque varijs arrib. queant, tam dura verba molli, tamen Christianis esse consultissimū, vt abstineant vti, tam noua, tã nunquã antea audita phrasi. Nec vero vnquã fuisse simpliciter admittas, sed hæc u. Recepit tamen, inquit Ecclesia professionem istam Berengarii, & publicauit: quãvis minus (mirum nisi hoc peccatū sit typographi, vt minus repositum, pro nimis) expressam ad elidendum suū errorem, quia nõ concedebat corpus Christi ibi veraciter esse, nisi sicut in signo, vnde propter hoc recepit illum Ecclesia, vt intelligeretur ibi vere esse, & non vere diuidi.

XI. Sed Guimundus Auerfanus frontem perfricuit, vt strenuè posset esse Papista, & quantumuis durum atterendi verbum disputauit, non de speciebus dictum, sed de ipsissimo Christi corpore, & quidè propriissime excepta læsione & partiu distractione. Obiectionem habuit à Berengario, Absit, aiebat vt vnquam hoc Deus velit. Non enim fas Christum dentibus atteri. Respondet ille, Ego vero in primis quero quid dicant significare atteri. Si n. intelligant atteri vel pressius tangi, aut fortius premi, quæ roquare nõ sit fas Christum dentibus atteri? Nam si iccirco hoc ipsum non est fas, quia non possit fieri, eadè ratio est, quam de natura dicunt, scilicet quia natura non potest pati. Et nimium vanaratio, nulla quippe rerum impossibilitas potest impedire voluntatè Dei. Deinde quare non possit dentibus premi, qui manib. Thomæ & post resurrectionem potuit atterere? Et sanctæ mulieres, quibus occurrit post resurrectionem scriptum est, quia tenuerunt pedes eius. Nulla namq; ratio est, vt non possit tangere dens, quod tangit manus. Nam sicut ad manus, ita & ad totum corpus pertinet tactus, quare quicquid tangit manus, potest & toto corpore tangi, potest igitur & denij.

dentibus tangi. Porro quod potest vel leuiter tangi, cum solidum corpus sit, cur non possit etiam fortiuscule tangi, quod est atteri? Si ergo corpus Domini post resurrectionem manibus Thomae Apostoli & sanctarum mulierum potuit tangi, cur hodie à credentium dentibus non possit vel leuiter, vel pressius tangi, id est, atteri, nulla obflare ratio videtur. Hæc ille, & alia nonnulla, ut probet, non tantum quod sperauit his confecisse, videlicet posse atteri, sed etiam non esse indignum Christo, qui multa alia non sit dignatus propter salutem fidelium. Quæ omnis laus subtilitatis perit viro scilicet tanto, si non sit superflua Glossatoris, aut Cardinalis meticolosa cautio.

XII. Vltimus Papistæ perrexit ad reliqua masticationem consequentia, ne remaneat imperfecta manducatio. Traicitur cibus in stomachum, ut in eo plus minue daret. Quid corpus Christi manducatum, imo etiam atteritum? Bonaventura quæst. 2. art. 2. in partem 2. dist. 13. quart. In ventrem ire est dupliciter, aut quantum ad substantiam, aut quantum ad cibandi efficaciam. Primo modo descendit aliquod corpus in ventrem, etiam si non sit cibus, secundo modo non, nisi sit cibus. Si ergo loquamur quantum ad cibandi efficaciam, sic certum est quod corpus Christi non vadit in ventrem, sed in mentem: quia caro Christi non reficit ventrem, sed mentem. Si autem loquamur quantum ad substantiam, sic certum est quod non vadit in mentem, sed utrum sic vadat, in ventrem, dubium est propter diuersitatem opinionum. Aliqui enim dixerunt, quod non solum in ventrem, sed etiam vadit quocumque illa species deferuntur, salua natura illarum, siue in ventrem muris, siue in locum immundum. Aliqui dixerunt, quod non solum in ventrem hominis vadit, sed etiam ibi manet, quando species illa sunt ordinabiles ad refecionem, unde dixerunt, quod in ventrem vadit, & moratur, quousque refecionis operatio compleatur. Alij dixerunt, quod ad ventrem perueniunt, quousque incipiunt consumi, & amplius non morantur. Aliqui dixerunt, quod solum est cum illis speciebus, quando sunt cum aliquo sensu, & visu, vel gustu. Si ille enumerat, tum comparans, edicit extremas videri peccare primam luxuria, alteram penuria, intermedias esse æque probabiles. Cardinalis de Turrecremata iudicauit aliter, in canone, Tribus gradibus. Describo prima opinio qua dicit, quod corpus Christi desertur, quocumque species deferuntur, in ventrem canis, vel suis, vel in loca immunda, videtur vera, saluo enim vero esse specierum adhuc non desinit esse sacramentum, nec Christus sub specie panis. Secunda opinio videtur esse simpliciter vera quantum ad aliquid, quia dummodo species sunt in suo vero esse, & ordinabiles ad refecionem non desinit esse sacramentum, sed quod ibi sit corpus Christi quousque, sit completa refecionis operatio, cur non existentibus speciebus in vero esse suo permanet operatio refecionis, non videtur verum, nec vero simile. Similiter tertia opinio vera est secunda quod tunc dicitur esse sumptio completa, quando speciebus dissolutis Christus transit in animam, secundum autem quod sumptio dicitur esse completa facta degustatione sine deglutitione, non est vera. Quarta autem opinio vera est.

XIII. Thomas rein hanc non exsequitur tam minutè, neque vero etiam ex professo, sed agens causam peccatorum, art. 3. quæst. 80. Quidam antiqui errauerunt, dicentes quod corpus Christi nec etiam sacramentaliter a peccatoribus sumitur, sed quam cito labijs peccatoris contingitur, iam cito sub speciebus sacramentalibus desinit esse corpus Christi. Hunc errorem Turrecremata describit aliter, putantium quod corpus Christi nunquam intret ventrem, sed dicitur, quod tantum est in ore: & tunc illud esse sub specie, sed quando glutitur transire in mentem. Sed Thomas pergit, Sed hoc est erroneum, derogat enim veritati huius sacramenti, ad quam pertinet, quod manentibus speciebus corpus Christi sub eis esse non desinat. Species autem maneret, quando substantia panis maneret, si ibi adesset. Manifestum est autem, quod substantia panis assumpta à peccatore non statim esse desinit, sed manet, quando per calorem naturalem digeratur. Vnde tandem corpus Christi sub speciebus sacramentalibus manet à peccatoribus sumptum.

XIV. Habes corpus Christi manducatum, id est, non ore tantum & dentibus obnoxium, sed etiam stomacho, siue vetriculo, nō fidelis tantum, sed cuiuscumque; hominis, nec huius tantum, sed bestia. Imo vltimus habes querendum in locis immundis, id est in cloaca, Quod aures pie abhorrent, aiebat Bonaventura, & si diceremus heretici & infideles deriderent nos & iriderent. Delicior quoque, non decet enim strenuum papistam tam leuiter moueri scrupulis hereticorum. Quin potius constanti, id est: Romana fide conculcetur, quicquid est absurdum, atque adeo, quia vbi cūque; Christus sit, adorandus venit, etiam in cloaca: sint autem etiam adoranda quæcūque; ei adiacent per concomitantiam, sine dubio vna cum eo, sed taceo. nam reliqua facile deuorabit Romana confidentia.

XV. Sed quem vidisti in stomacho, inde nunc audito deiectum per vomitum. Nam Eucharistiam posse euomi pro certo habet Beda, canone, Siquis per ebrietatem, de consecrat. dist. 2. Itaque quæsitum vtrum hic vomitus pertingeret ad corpus ipsum, Bonaventura audi, eadem illa quæstione. Quod dicit Beda, quod aliquis vomit, hoc dicitur esse de specierum vomitu, & pena imposita non est, nisi quia species illa fuerunt cōtēntia Domini corporis, & ideo in magna reuerentia sunt habenda. Paulo post, Nihilominus tamen alia sententia videtur securior, & auctoritatibus magis concordare, quia corpus Christi cum illis speciebus descendit ad stomachum, & sub illis est, quoad illa sunt sub propria forma, & habent rationem reficiendi, & secundum ordinationem ad refecionem humanam sacramentum erat. Vnde concedunt, quod corpus Domini est in stomacho, quia ibi sunt species ut cibus: & ideo si euomuntur species, euomitur Eucharistia. Et si species possit ab alijs discerni, sumenda esset. Si a. species ista transeat stomachum indigesta propter aliquam infirmitatem, sunt tunc extra proprietatem refecionis: & ideo si vadant in secessum, non est ibi corpus Domini. Vtrum autem hoc sit verum, refecio: tamen securum mihi videtur, quod si quis euomat species perceptibiles, magna reuerentia est exhibenda. Hunc imitatus est ille de Turrecremata in illum Canonem, Si quis per ebrietatem, sed ut videtur aliquanto securior.

XVI. Catholici concedunt corpus Christi si comedatur corporaliter, etiam teri dentibus in stomachum abire, distribui in viscera, secedere in loca obsecna, eijci e. i. a posse per vomitū. Videlicet, quia soleant absurda multiplicari in infinitum. Itaque ut semel tantam Babelem diruant à fundamentis, negant corpus Christi nunquam manducatum corporali manducatione: negant in eum vllum finem fuisse institutum Eucharistia sacramentum. Et execrantur Sophistas, qui maluerint in hæc blasphemiam se præcipitia conijcere, quam ab initio lapere.

CAP. III.

De Manducatione in sexto Ioannis, vtrum sit Sacramentalis.

I. Primum ac communissimum Papistis argumentum est ex c. 6. Euang. secundum Ioanem, mira verborum vehementia inculcatum, indeque prolixè ductum.

II. Costerus sic argumentum concepit: Rex quispiam alicui Reip. serio promittens, vel certam pecuniæ vim, vel aliud eximium donum, indignam se rem faceret, atque ridiculam, si pictam pecuniam vel imaginem illius domi mitteret. Christus igitur, qui Ioan. 6. tam multis verbis, tamque serio spondit Ecclesie suæ daturum se corpus suum & sanguinem suum in cibum & potum, certe illulisset Ecclesie suæ, si præter frustum panis, quo corpus illud significaretur, nihil reliquisset. Reliqui Papistæ consentiunt eam esse vim rationationis, nimirum a certitudine promissionis. Bellarminus, Probanda est eadem veritas, inquit, ex promissione Domini, qua habetur apud Ioan. c. 6. Suares, Præcipua promissio, qua maxime probari potest hæc veritas, facta est à Christo Ioannis 6. Mitto alias. Sed argumenti forma futura est expeditior hoc modo. Quicquid serio promittit Christus se daturum, id ipsum re præstitit: At promittit serio se daturum corpus suum in cibum, sanguinem in potum: Ergo id ipsum re præstitit.

III. Respondeo potuisse nonnihil morulæ interponi dum disputaretur, vtrum quæcūque promissa fuerit, eadem re fuerint iam impleta. Et vtrum omnia promissa fuerint exhibenda in Eucharistia institutione. Certum enim, & quædam promissa dilata esse in cœlestem patriam, cuius obtinendæ causa, tota ipsa religio Christiana est instituta, & non necessario, quicquid promissorum fuit, reduci in institutionem Eucharistia de qua tamen aunc ex professo disputatio: & sane possent hæc capita permitti otiosis, atque in schola exercentibus ingenia, siue puerilis victoriæ gloriolam aucupantibus. At nobis non est tantum abs re nostra otij: Itaque pergitur ad præcipua.

IV. Repeto igitur positam distinctionem corporis manducandi vel sacramentaliter & corporaliter, vel spiritualiter, & de manducatione spirituali: concedo vniuersum syllogismum, quoniam hæc nihil nunc ad rhōbum: quandoquidem nec nos ei contradicamus: nec Papistæ sint ea contenti. At de corporaliter, quam itidem sacramentalem vocant, nego minorem. Quam cum confirmant ex cap. 6. Ioan. dico in eo capite Christum & serio & prolixè polliceri se daturum suum corpus in cibum, sanguinem in potum, sed nego in potum & cibum corporalem, qui dentibus teratur, deijciatur in stomachum, indeque eijciatur siue per vomitum, siue per posteriora analytica: quod nos absque horrore cogitare nequimus, illi etiam magnifice profiteri sunt ausi.

V. Obfirmant se aduersarij, & geminum laborem suscipiunt, vnum probandi Christum illo Ioan. capite agere de sacramentali manducatione, alterum agere de corporali. Priorem ex professo Bellarminus c. 5. primi: Suares disput. 46. sect. 2. Vasques disput. 179. capite 4. Sanctesius repet. 6. cap. 6. Roffensis præfatione 5. libri contra Oecolampadium. & alij, maxime qui commentati sunt in Euangelium Ioannis, Maldonatus, Toletus, Pererius, Salmero.

VI. Non est tamen consensus vniuersalis. Nam ex Catholicis non defuere (ait Vasques) qui sentirent prædictum locum non esse intelligendum de manducatione & sumptione Eucharistia, sed de spirituali. Ita docent Gabriel in Canonem, Nicolaus Cusanus epistola 7. ad Bohemos, Caicetanus part. 3. quæst. 80. art. 8. Ioan. Hællsius in libro de Communionem sub vna specie: Ianfenius c. 59. Concordia Euangelicæ, Ruardus Tapperus art. 15. neque abhorret Valdensis tom. 2. de sacramentis, c. 91. Istis adde Ioanem de Ragufio de Communionem sub vtraque. Et Armacanum lib. 9. c. 8. Meritum est ergo Coffetæus, Constante opinari omnes Catholicos (Papistas sic appellat) in hoc c. 6. peculiariter de Eucharistia sermonem esse.

VII. Porro qui affirmatiue disputant, ita constituunt statum quæstionis, ut non integram disputationem complectantur, sed partem duntaxat. Bellarminus, non est, inquit, controuersia, an in toto capite agatur de Eucharistia, constat enim non ita esse. Nam & de miraculo panum, & de Fide, & de Incarnatione agitur in magna parte capituli, solum igitur quæstio est de illis verbis Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, & de sequentibus fere ad finem capituli. Similiter Coffetæus, esse extra controuersiam, non posse initium eius capituli intelligi de reali manducatione, quæ fiat in Sacramento: quandoquidem agatur de multiplicatione panum. In sequentibus autem ad verum vsque, non agi formaliter nisi de manducatione spirituali, sed, ab eo loco, expresse sermonem haberi de reali manducatione carnis Christi in Sacramento. Sic Pererius distincta triplici manducatione, Christum de vtraque; hoc est, partim de spirituali, partim de sacramentali esse loquutum. In priori parte ab illa sententia, Operamini cibū, vsque; ad illā, Panis, quæ ego dabo, de spirituali: in posteriori autem, vsque ad finem, manifeste de reali & sacramentali. Salmero tractatu 23. Non est ignorandum caput sextum Ioannis in tres partes principales distingui. Et in priori narrat signum Domini, quod edidit dum ex quinque; panibus satiavit quinque; millia hominum. In secunda parte, quæ incipit ab illis verbis, Quæritis me, agit de pane diuinitatis, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Quamquam quadam non inepte vel incommode ad Eucharistiam valeant accommodari, certius tamen & veritati magis consonum videtur, ut dicamus Dominum nihil ad literam de Eucharistia in his duabus partibus differuisse, quamquam principia quadam, & fundamenta iaciat, & veluti proæmium quoddam præmittat, et opportune & commode de illa loquendum. In tertia vero parte, quæ incipit ab illis verbis, Ego sum panis viuus, vsque; ad finem capituli agitur tractatum de sacrosancto Eucharistia Sacramento. Cæsar Bulengerus sectione decima septima primæ partis responsonis Catholicæ ad tractatum Orthodoxum, Huc vsque; (id est, ad verum quadragesimum octauum) omnia verba Christi intelligenda sunt de pane spirituali fidei: quicquid sequitur deinceps intelligi nequit nisi de vero corpore Christi quod comeditur in Eucharistia.

VIII. Sic illi suam differre satis expresse sententiam. Nunc nostram. Bellarminus, Fere omnes, inquit, negant hac verba ad Sacramentum Eucharistia pertinere. Haud dissimiliter Vasques, Dicunt Christum in eo capite nihil de Eucharistia, neque de corporali ipsius manducatione, & sumptione, sed de spiritali tantum, hoc est, de fide, qua credere debemus in Christi humanitatem, & passionem, loquutum fuisse. Petrus Michael capite quarto Dialogo i. Existimant a Christo corporalem aut externam manducationem corporis reiectam, atque damnatam, tum eam qua spiritali modo per fidem fit, per anticipationem probatam esse, ne quis postea in verbis institutionis haerere.

IX. Sic isti de nobis nimis indistincte, minusque plene nugantur, vt solent aduersariorum aduersarij bona vel non videre, vel etiam nolle videre. At nos nobis conscij veritatis, vel non videntium imperitiam emendare, vel videre nolentium nequitiam castigare oportet, nullo casu veritatis innocentiam prodere. Nos ergo, qui non nisi spiritu & fide concedimus edi posse corpus Christi, negamus vlla parte huius sermonis doceri, indicariue vllam aliam Christi manducationem, siue corporalem appelleret, siue sacramentalem, siue alio quopiam nomine: At spiritali fieri cum alias, tum solenniter in sacrosancta Eucharistia communiōe. Et cum fit in hac communiōe, tum posse sacramentalem appellari, propter addita externa signa, non tamen formaliter tanquam ipsa in sese sacramentalis esset, & fieret alterius cuiusdam generis. Sed quasi quis verbalem diceret eam ipsam, cum fit in auditione verbi, tum enim non designaret ipsum corpus Christi inferri in aures per sonum verborum, sed tantum audito eo sono mentem potentissime moueri, vt ipsa fungens officio, suo modo id ipsum corpus comedat. Hac igitur ratione hunc sermonem Domini nostri Iesu Christi, & quidem non dimidiatum, sed totum, pertinere ad Eucharistiam, atque adeo aptissime fuisse applicatum a Veteribus. Sed tamen de Cœna ipsa habitum, qua videlicet Cœna est, siue Sacramentum, constanter negamus.

X. Hanc nostram sententiam habes apud Calvinum Ioan. 6. ad illa verba, Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Ex his verbis palam apparet perperam de Cœna exponi totum hunc locum. Nam si verum esset, quicunq; ad sacram Domini mensam se ingerunt, carnis & sanguinis eius fieri participes, omnes similiter vitam referrent, scimus autem multis in exitium cedere. Et certe ineptum fuisse ac intempestiuum de Cœna tunc differere, quam nondum instituerat, ideo de perpetua fidei manducatione eum tractare certum est. Simul tamen sateor, nihil hic dici, quod non in Cœna figuretur, ac vere præstetur fidelibus, adeoq; sacram Cœnam Christum quasi huius concionis sigillum esse voluit. Atq; hac ratio est, cur apud Ioannem nulla fiat Cœna mentio. Itaq; genuinum ordinem sequitur Augustinus, dum inter explicandum hoc caput, Cœnam non attingit, donec ad finem vsq; ventum est, tunc autem docet mysterium hoc in simbolo representari, quoties Ecclesia sacram Cœnam celebrant, alibi quotidie, alibi tantum diebus Dominicis. Paulo post, cum explicat cur seorsim dicta caro cibus, & sanguis potus: Sic etiam, inquit, in Cœna, que huic doctrina respondet, non contentus panis simbolo, calicem simul adiungit, vt duplicem vitam tesseram in ipso habentes, eo solo contenti esse discamus. Beza similiter ad ea verba, Panis quem ego dabo, caro mea est, sic annotauit. Caro in cœna, id est, humanitas hac mea, hoc corpore & hac anima constans, quæuis distincte postea faciat carnis & sanguinis mentionem, sicut etiam in huius, de qua hic agitur, communicationis symbolis, hac duo distincte fidei considerata proponuntur.

XI. Non dissentit Martyr contra Gardinerum partei obiecto 32. De sexto capite Ioannis, an ad Eucharistiam pertineat, nos ita respondemus. Sermonem ibi de Sacramento Cœna non instituit. Ibi enim Cœna cum Symbolis non ordinatur, nam nec panis, nec calicis, nec gratiarum actionis, nec fractionis, nec distributionis, nec testamenti, nec memoria, nec annuntiationis mortis Christi, mentio vlla eo loco instituitur. Huc spectabant illi qui dixerunt, illud caput ad Eucharistiam non pertinere: Quoniam tamen res ipsa, id est, corporis & sanguinis Christi spiritalis manducatio, & potus ibi luculenter traditur, ad quam postea Evangelista ad finem historis sue declarant Christum adiunxisse symbola externa panis & vini, idcirco nos caput illud ad Sacramento Eucharistia non putamus esse alienum: Imo Patres illos libenter recipimus, qui illa verba ad hoc negotium transtulerunt. Quid enim sibi aliud voluit, panis & vinum, que postea addita sunt in Cœna, nisi vt magis excitemur ad manducationem illam corporis & sanguinis Domini, qua multis verbis diligentissime tractata fuerat, in sexto Ioannis? Aliquanto post, Vt tandem aliquando concludam. Nos asserimus in sexto capite Ioannis traditam esse spiritali manducationem Christi per fidem, & Christum in vltima illa sua Cœna Symbola ad eam, & certa quedam verba addidisse, nec vllam concedimus vera carnis Christi manducationem nisi spiritali, quam ut distinguis, quod externa symbola interdum adiuncta habeat, interdum non habeat.

XII. Similiter Plessæus de Eucharistia quarti capite tertio, Licet de spiritali agat manducatione, non eo minus nobis Sacramentalem exponit, qua sub Sacramentis sensuum obiectis, fidei nostra adminiculis, non eo minus spiritalis. Et hunc locum Patres hoc sensu perpetuo acceperunt, quippe qui eum tanquam commentarium aliorum Evangelistarum adhibent. Orthodoxus consensus capite primo, Et si concio Christi de manducatione carnis sue apud Ioannem ad Sacramentalem Cœna ritum, & externa ipsius symbola non pertineat, tamen negari non potest hanc ipsam manducationem, de qua ibi concionatus est Christus, in institutione Cœnae, per panis & vini symbola, Sacramentali hoc ritu fuisse commendatam, hoc est, carnem & sanguinem Christi non aliter in Cœna ad manducandum & bibendum dari & offerri, quam Christus de eo apud Ioannem discipulis suis sit concionatus. Non enim alia ratione manducari in Sacramento Cœna potest caro Christi, quam qua dicitur esse vere cibus. Beza in illud, Spiritus est qui viuificat, Ioann. sexto, Hallucinari mihi videntur tum qui Christum proprie & specialiter hic esse de Sacramentali sua carnis esu, & sui sanguinis potu loquutum sentiunt, tum qui nihil ista ad Cœnam Dominici pertinere tam pertinaciter contendunt. Nam quod ad illos attinet Christum constat de carnis, iam tum ijs quos alloquebatur, imo etiam Patribus presentis per fidem frui, minime sane ad sacra Cœna institutionem differende loquutum. Sed illud vicissim verissimum est quod ad rem ipsam attinet, eandem esse statuendam eiusdem, & vnius Christi perceptionem spiritali

delicet per fidem siue in simplici verbo, siue adhibitis Sacramentalibus signis, non frustra sumenda praebeatur.

XIII. Super sed o testes plures nominare, nam res est manifesta, quanquam aduersarij voluerunt videri non labore nullo nostram assensu sententiam, quasi non eam satis aperte professi essemus. Sed tamen vere illis dictum negari a nobis agi Ioannis sexto de Sacramentali manducatione corporis Christi: itaque cum de hac agatur, tunc totum esse caput hoc ponendum. Et verum nihilominus hoc ipsum caput pertinere ad manducationem corporis Christi. Nam istæ duo enuntiata non sunt opposita, vt perimant se mutuo: Etenim qui de animali agatur, eundem non necesse est de bruto agere, quia non omne animal brutum. Et qui de homine disputat, eundem non est necesse de vestibus agere, cum non omnis homo sit vestitus.

XIV. Denique status hic questionis est, vtum sermo Christi descriptus Ioannis sexto, agatur de Sacramentali manducatione corporis Christi: non hoc sensu, vt ea sit manducatio carnis Christi, quæ fit in Eucharistia, nam hoc vltro damus, sed vt sit manducatio Sacramentalis, quatenus Sacramentalis, hoc est reapse elementorum panis & vini: Vt eum de illis Christi verbis ageretur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, quaestum est, an intelligatur præcise, de ablutione per aquam elementarem, vt de futurum vt salus negetur omnibus quocummodo non baptizatis, an vero vt Lombardus notauit, de ea regeneratione, quæ in Baptismo, nec tamen in solo Baptismo fiat. In hac igitur quaestione priorem partem affirmant Papistæ, Catholici negant.

C A P. IV.

Quibus præiudicijs coniciatur agi de Sacramento Eucharistia.

I. Longa series argumentorum, quæ alij aliter distinguunt in ordines. Ergo in præiudicia, & in argumenta ex ipso contextu. Illa futura huius capitis.

II. Primum præiudicium, Maldonati, Bellarmini, Salmeronis, Cofetæi. Quis credat Ioannem nihil prorsus in tam longo Euangelio de Eucharistia mysterio dixisse: cum hoc ipsum sibi proposuisse videatur, vt maxima quæque mysteria consecraretur? Atqui si hoc loco de Eucharistia non egit, nusquam egit. Est igitur verisimile, more eum suo, quæ ab alijs Euangelistis de ea re dicta fuerant præterisse, dixisse vero hoc loco, quæ fuerant prætermissa. Forma. Si hic non dixit, ergo nusquam: At hoc absurdum: Ergo illud.

III. Respondeo, de Eucharistia agi, cum de eius parte altera agatur, vt de homine, cum de anima rationali. Itaque si rem significatam sophista dicant, conceditur vniversum argumentum, quia nullo modo aduersum nos qui iam satis superque sumus protestati manducationem Christi spiritali pertinere ad Eucharistiam, vt rem signorum, quæ & significetur, & efficiatur nec aliud negauimus, quam agi hoc loco de manducatione Sacramentali, quatenus est Sacramentalis.

IV. Quod si igitur alteram dicant partem, hoc est, hanc manducationem Sacramentalem, quatenus Sacramentalis est, quæ verè & proprie thesis est nostra, tum vero nos assumptum negamus. Negamus, inquam, esse absurdum nihil a Ioanne tractatum fuisse de ipsis Eucharistia signis, siue panem dicas & vinum, siue eorum species. Cur enim magis absurdum, quam quod omnino prætermiserit institutionem ipsam, quam reliqui Euangelistæ explicandam putarunt tam curiosè, & per singulas particulas?

V. Sed erat illi propositum maxima quæque mysteria consecrari. Scilicet nullum fuit nascens Christi: nullum circumcisi, nullum baptizati, vt confidenter Ioannes omitteret, Aquilæ instar non captans muscas. An Sophista potius ignorari vellat, quod sciunt omnes? Postremum omnium Euangelistarum scripsisse, vt colligeret quæ alijs erant omissa, vel breuius perstricta: Salmero Prologem. 34. Illud quoq; diligenter annotandum est. posteriore Euangelistas, qui caterorum libros viderunt, animum præcipue adiecit ad ea supplenda, quæ priores omiserunt, vt testatur Hieronymus, ea tamen omnia quæ anteriores scripserant, non putarunt esse repetenda, alioqui posteriores prioribus longiores essent, quod est manifeste falsum: sed ea tantum supplerunt, quæ in alijs desiderabantur, quæ vero scripta abunde erant, posteriores tacent: vt de adoratione Magorum, & de Innocentium, quam solus narrat Mattheus. Ioannes vero, qui vltimo loco scripsit, & aliorum Euangelia legit, & probauit: multa, imo fere omnia quæ in alijs deerant, vel desiderari poterant, ample præstitit: quædam porro ad reliquis enarrata repetit, vt circumstantias quasdam ab illis omissas adiungeret.

VI. Lidicerat Salmero à Verustioribus Theophylacto Αἰρεσιολόγοι τὸν ἄδων ἐν ἀγγελιστῶν ἀναγνώσει, δὲ μὴ δὲ τῷ πᾶσι πάντι ἀληθῆς ἀφ' ἡρώσας, ἰπερείαις ἃς ὑγῶν ἐχόντι, καὶ μὴδὲν ἀπὸς χάριαι εἰπόντι τὸν ἀποστόλων, ἃ μὴ τὴν ἐξ ἀφῶς εἶπὸν οὐκ αἰνοῖ, ἢ τὴν εἰκὸς παρὰ ἡμῶν, αὐτὸν εἰς ἀλῶσται, & πρὸς ὅσων, & ἀπὸς δὲ τῶν ἀγγέλων. Dicitur hic Sanctus, lectis aliorum Euangelij, admiratus eorum esse in cunctis exactè ad veritatem narrationem, & iudicasse optime habere, neq; quicquam dixisse in gratiam Apostolorum, tamen illis minus perspicue dicta, aut prorsus omissa, explicasse, illustrasse & addidisse per proprium Euangelium. Euthymio, Motus à Christo ad præsens opus accessit, & quædam narrat, quæ etiā ab alijs scripta erant, ne videatur Euangelium suum ab aliorum Euangelij separasse, præcipua tamen illi cura fuit, quæ ab alijs relicta erant, addere ac de diuina Saluatoris gratia plura ponere, sicut necessarium esse ob insurgentes hæreses iudicauit.

VII. Ioannem ergo, qui ipse sibi præscriperat pensum, vt non omnia diceret, quæ essent historiae Euangelicæ: sed quæ essent alijs prætermissa, aut breuius dicta, quos miretur hanc omisse huius Sacramenti narrationem cui plenissime satisfactum esset à reliquis, quorum non poterat diligentiam non probare, non admirari?

VIII. Secundum præiudicium, Maldonati, Sanctesij, Salmeronis, Cofetæi. Contuetudinem fuisse Christi, maiora mysteria, antequam re ipsa fierent, insinuare, vt ad ea cum fierent, excipienda, intelligendaque, discipulos

pulos erudiret, assuefaceret, prepararet, eiusque rationem reddere: *VL* enim factum fuerit, credatis, ut non scandalizemini, ut eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Antequam Baptismum institueret, dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Antequam morieretur, saepe discipulis dixit se tradendum esse: Antequam in caelum ascenderet, dixit, *Quia vado ad Patrem, Antequam mitteret Spiritum Sanctum, Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis.* Credendum profecto est, & de Eucharistiae Sacramento, quo vix maius vllum mysterium est, antequam re ipsa institueret, disseruisse. Nam si nihil dum scientibus discipulis, de improviso dixisset, *Hoc est corpus meum*, utique exhorruissent aut certe dubitassent, interrogassentque, quid ea verba sibi velent. Atqui non exhorrescunt, nihil addubitant, nihil interrogant, iam igitur Christum de ea re ante differentem audierant. Vbi, quae, nisi hic? Distinguo argumentationis partes. Si praedixit Christum mysterium Eucharistiae: Ergo haec concio fuit de Eucharistiae Sacramento: At prius verum: Ergo posterius. Probatur consequentia, quia si non hoc loco, ergo nusquam. Probatur assumptum. Primo, Maiora mysteria Christus solitus erat praedicere: At Eucharistia vix vllum maius mysterium: Ergo Eucharistiae mysterium fuit praedictum. Rursus: Si nusquam praedixisset, ergo discipuli de improviso audientes, horruissent, dubitassent, interrogassent: At hoc falsum, ergo illud.

IX. Respondeo, mysterium proprie esse rem significatam, improprie rem significantem. De priori, ut paulo ante, conceditur totum argumentum, quamquam, nulla probationum sit necessitas, Nam consuetudinem fuisse Christo insinuandi magna mysteria antequam fierent, non est axioma vniuersale, sed tantum de re frequenti. Magnum fuit mysterium ipsa haec multiplicatio panum descripta a Ioanne tam exacte, & tamen nunquam alias praedictum. Mystica etiam fuit curatio caeci a natiuitate, Ioannis nono, & tamen nunquam praedicta. Nec necessaria consequentia est, Apostolos futuros in horrore, si subito audissent, iam assuetos magistro maxima solito mysteria tradere, & supra fidem: atque adeo expertos iam saepius, nihil ab eo horrendum doceri? Veruntamen haud est nostrum hic diutius haerere, cur enim curiosi refutemus, quae nobis non nocent?

X. Sed si mysterium dicatur res significans, id est, Sacramentum, quatenus Sacramentum, id est, sacrum signum, negatur assumptum, videlicet praedixisse Christum se aliquando post daturum hoc Eucharistiae Sacramentum.

XI. Ad confirmationem primam rursus dico, non esse axioma vniuersale. Nam neque inducta exempla, continent inductionem plenam, & sunt ipsa alterius generis. Nam res ipsae ostenduntur, non vlla earum signa, ut apparet in morte, & paraclito. In Baptismo etiam, quia nati aqua & Spiritu, non ipsum Baptismum aquae denotat, ut est alias nobis disputatum. Est autem importuna sophisticae, *ὁ θεὸς ἀπέδειξε τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ, & argumentari a dissimilibus. Certe, ὁ θεὸς ἀπέδειξε τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ, & signa signis: at non res signis. Si polueris praedictas res esse, puta regenerationem, mortem, paraclitum: patiar concludentem, praedictam esse manducationem Christi. Item si dixeris, praedicta earundem rerum signa fuisse, possum non irasci concludenti, ergo etiam manducationis signum aliquod fuisse insinuat. Sed ut posito, praedictas eas res fuisse, concludas ergo praedicta fuisse manducationis signa, quis tam stultus patiens, ut non indignetur? Me vide: dico praedictum donandum Spiritum fuisse, dico iterum donatum fuisse Spiritum eundem, per insufflationem, & linguas igneas: & tamen dico in praedictione illa, nullum fuisse verbum de insufflatione, deq; linguis igneis. Similiter dico confidenter praedictam fuisse manducationem Christi corporis in hac concione, dico eandem manducationem exhibitam fuisse in Coena Domini, & tamen dico in illa ipsa concione, nullum verbum esse de Coena Domini, quatenus, inquam, haec Coena significat externa signa.*

XII. In secunda confirmatione negatur consequentia. Primum, quia etsi nulla praedictio praecessisset insufflationis, aut linguarum ignearum: tamen nemo Apostolorum, horruit, dubitauit, interrogauit, ad ipsam insufflationem, ipsasque linguas igneas, quamquam non essent soliti videre. Deinde, quia in ipsa exhibitione Eucharistiae nihil fuit, vnde aut horror, aut dubitatio oriretur. Nam in comedendo pane, bibendo vino nihil est horrendum: aut praeter consuetudinem naturae: quod notare solent Veteres, ad horrorem excludendum. Si quis horror esse poterat, is futurus erat in manducatione corporis: sed tum non poterat, quoniam haec ipsa iam praecesserat admonitio, admonitio, inquam, de re, quae erat vere supra naturam non de signo, re naturali.

XIII. Tertium praedictum, Maldonati, Salmeronis, Bellarmini. Quia est verisimile, nunquam Christum vim, fructumque tanti Sacramenti explicuisse copiosius, quam his verbis, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur.* Illic enim tantum dicit, quid nobis tradat, corpus nimirum, & sanguinem suum, quem autem fructum ex eo percepturi sumus aut nullo modo, aut vno tantum verbo, eoque obscuro, & ambiguo declarat. *Quod pro vobis datur.* Quod si alicubi de huius Sacramenti fructu disseruit, hic certe disseruit, alius enim locus ubi id agat, nullus est. Sic Maldonatus. At Salmeronius: In alijs Euangelistis solum narratur, commemoratio fieri, & annuntiationem mortis Christi, qui fructus non est solus huius Sacramenti, sed etiam manere in Christo, & illum in nobis, illo viuere & nutrire, nunc, sed etiam manere in Christo, & illum in nobis, illo viuere & nutrire, nunc, quam mori, vitam aeternam, & pignus resurrectionis habere, quae omnia apud Ioan cap 6, solum explicantur.

XIV. Respondeo, fructum Sacramenti, qua Sacramentum est, esse ipsam communionem corporis & sanguinis Christi. Quae autem enumerata sunt, pertinet ad fructum communionis huius ipsius corporis. Itaque fructum proximum, quarendum ab ipso pane & vino, distinguo a fructu remoto. Illum dico, nec debuisse nec potuisse latius exponi, quam in ipsa Sacramenti institutione, nec adeo potentius aut efficacius, quam his ipsis paucis verbis, *Hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*, quibus monemur ut ne attendamus rerum naturam, sed mutationi factae per gratiam, ut Theodoretus monuit.

XV. Alterum fructum fatemur, necessario fuisse latius explicandum. Sed quid id potest aduersum nos, qui fatemur iudicium fuisse hac ipsa con-

cione explicatum f. sissimè: tota, inquam, ista concione, non autem vna aliqua eius eaque exigua particula? Quin hoc ergo Sophista potius agit, quod debuit aduersum nos, ut probaret agi non de re ipsa Sacramenti, quatenus haec distinguitur a Sacramento, sed de Sacramento ipso? Hoc si non potest, cur non tacet: cur non definit esse molestus?

XVI. Quartum praedictum Salmeronis est, copulantis tamen cum praecedenti. Si hoc caput de Eucharistiae spirituali sumptione in Sacramento non intelligeretur, nunquam in Euangelio explicatus esset nobis rectus huius Sacramenti usus. Non enim alibi, cum tantum dicatur, *Comedite*, nec declaratur modus. Nam etsi Paulus dicat: *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat*: non tamen declarat, quid sit illud saluiferum comedere, quod hic Dominus explicat, dicens esse manere in illo, vel venire ad illum, ut ipse ait in praesentia.

XVII. Sed hoc quid est? Aut quis nouus quaestionis status? Non enim positum ab initio, ut ageretur de Eucharistiae spirituali sumptione in Sacramento. Quin haec monstra sunt verborum. Quid enim est sumptio Eucharistiae in Sacramento. An quomodo ille nugabatur olim, qui matrem dicebat gestasse filium in utero, quasi aliae solerent in penula? Vidistin' tu aliquando Eucharistiae sumptionem vllam sine Sacramento? Tam profecto, quam cenae absque conuiuio. Sed hoc mitto. Illud nego, te pollicitum esse acturum de spirituali corporis Christi sumptione in Sacramento. Imo potius de sacramentali eiusdem sumptione: siue, ut titulus habet huius tui tract. 23. *Disputationem illam esse de Sacramento Eucharistiae.* Cur subito mutas?

XVIII. Sed nunc donemus ita voluisse dictum. Quem ergo Sacramenti usum appellat? Specierumne panis & vini, aut corporis & sanguinis? Nam si horum, etsi forte non proprie, tamen nemo contradicit, huius manducationis usum hac concione explicatum fuisse, & quidem luculentissime: quamquam usus huius ego quidem videre non possum, quo differat a fructu: maxime cum describi dicatur permanere in Christo, vicissimque habere Christum immanentem. Sed id quicquid sit, non enim vacat inquirere, concedimus hac explicatum concione.

XIX. Sed si dicatur usum ipsarum specierum, tum vero negamus, aut non esse satis explicatum hic in institutione, maxime apud Paulum, aut fuisse alibi commodius explicandum. Nam is usus vel ceremonia est determinans elementa, ut fiant Sacramenta, & sufficientissime continentur in verbis, *accepit, benedixit, fregit, dedit discipulis, dicens, accipite, edite*, vel est ceremoniae usus legitimus, & hic a Paulo descriptus est, dicente, *Probet seipsum quisque*, & deinceps. Neuter autem debuit in hac disputatione contineri, cum nondum esset Sacramentum institutum.

XX. Sedenim, inquit, cum dicitur, *Comedite*, non declaratur modus. Hoc ego non intelligo. Quis enim modus? Edendi panis, an corporis? Huius, non erat opus: quia ex hac ipsa fuit concione petendus. Illius, absurdum: quis enim modus panis comedendi, nisi ipsum comedere? Aut si quis, cur opus explicatio, cum res sit naturalis, nec instituta? Nisi forte explicari oportuerit singula vocabula tum usurpata, & accipiendi, & benedicendi, & frangendi, imo ipsum panem, vinum, calicem, & reliqua absurdissime, & contra omnem humanitatis usum, qui solet ita voces usurpare, in loquendo, ut notas supponat, alioquin progressus foret infinitum.

XXI. Fateor, cum iussit Paulus, se quaque probare, non eadem opera exponere, quid sit comedere corpus Christi, id est, manere in Christo: sed hoc pertinet ad rem Sacramenti explicatam hac concione, illud autem ad Sacramenti ipsius species visibiles, earumque usum legitimum, sic satis explicatum, ut oportuit in institutione.

XXII. Quintum praedictum, Bellarmini, Maldonati, Salmeronis. Si hac in concione nullum est praedictum de hoc percipiendo Sacramento, ergo nusquam vllum est: At hoc absurdum: Ergo illud. Probatur consequentia a remotione. Nam quod dicit Christus in vltima cena, ait Maldonatus, *Accipite, manducate, Accipite, bibite: item, Bibite ex hoc omnes, illis lolis dictum, qui tum aderant.* Et apud alios Euangelistas, ait Bellarminus, solum existat institutio, ut quoties Sacramentum sumitur, id fiat in memoriam Domini passionis. Assumptum probat Salmeronius: Quia sit adeo necessarium hoc Sacramentum ad salutem, ut eius virtute, actu vel voto accepti, omnia alia Sacramenta habeant suam efficaciam, sicut rituli a fonte, & umbra a corpore, & figura a re ipsa figurata.

XXIII. Respondeo concedi, quod est in assumptione, absurdum fore, si in toto Euangelio nullum sit praedictum, quo sanciat sacra Eucharistiae communio. Etsi perperam probetur ex imaginaria illa necessitate. Est enim falsum reliqua Sacramenta vim suam sumere ab isto. Nam certe Baptismus utilis ad salutem, alioquin quid fieret infantibus, qui nec voto, nec actu capaces Eucharistiae percipiendae? Veruntamen aliud genus est necessitatis inter fideles potentissimum, nempe ipsa Domini institutio. Nam ab huius voluntate necesse est pendere pietatis exercitia.

XXIV. Negatur autem consequentia, quoniam praedictum, sit haec ipsa quam indicant, institutio, inque ea haec ipsa verba, in quibus summoendis laborant. Quae de re plene disputatum nobis huius tomii libro 8. capitibus 2. & 3. Itaque nugatur Bellarminus, qui summoendam sperauit leuissimo hoc verbo, Tantum extat institutio, quasi diceret nullum extare praedictum, quia tantum extat praedictum. Ineptus etiam Maldonatus, qui non patitur institutionis verba profertur latius quam ad tunc praesentes. Enimvero quid habet, quo magis probet, haec verba. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: haec, inquam, verba, dicta ad tum absentes? Aut quasi loquatur quilibet, ut lux vocis sonum percipi speret ab longe politis. Papistas excipio Sacerdotes, qui in angularibus suis missis, perinde loqui solent, ac si myriades haberent adstantium. Sed non si isti φησὶν ὁ θεὸς, Christus alienus fuit ab humanitate.

XXV. Sextum praedictum, Salmeronis & Pererij 36. disputat. in hoc caput, ab autoritate Ecclesiae. Ratio firma est, inquit, ab usu & consuetudine Ecclesiae Catholicae, quae in die solenni corporis Christi Euangelium accipit ex c. 6. Io. Nam etsi quandoque Ecclesia ubi non est Euangelium, vel lectio propria, in officio Missae solet lectionem aliquam alicui solenni-

At vero institutam Eucharistiam constat ipso illo festo, eiusque adeo prima solennitate: Magnum scilicet argumentum similitudinis: & dignum quod non omittent divina ingenia.

VIII. Panis promittitur hinc, inde panis portigitur; cum gratiarum actione, & benedictione. Imo non vnum peccatum. Primo, anem vtrinque audio: sed quid tum, si *ὁμοῦ μῶς*? Nam, panis quem ego dabo: metaphoricus est: At alter panis, naturalis. Tanta ergo hic similitudo, quanta inter calicem, qui acceptus, datus est discipulis in Cœna, & calicem, quem paulo post, atque adeo eadem nocte Christus dixit Matthæi 26. *Transseat à me calix iste*. Secundo, cum gratiarum actione, & benedictione, aut cum miraculo, fuisse promissum Io. 6. vehementer falsum. Nam illa actio gratiarum, benedictioque; & illud miraculum pertinuerunt ad panem exhibitum pridie, non ad promissum postredie. Itaque nulla similitudo.

IX. Vtrinque duodecim. Nugæ. Nam quid comparatur, quæso? Successusne, an ipsa res potius? Res inquam, ipsa, promissa carnis, & postea exhibitæ? An euentus post vtramque eam rem succedens? Atqui duodecim remanserunt reliquis discedentibus: post auditum sermonem: qui erat habitus cunctis præsentibus: At cum Iesu fuerunt duodecim ab initio institutionis; & quidem consulto, & in eâ rem nata opera. Breuiter, duodecim per accidens: quia relictæ ab aliis per infidelitatem recedentibus. postque peractam concionem: At duodecim in mensa destinato, & vocati, vt actio ipsa conficeretur. Suntne similia?

X. Petrus in Cœna pollicitus est se non deserturum, Imo post Cœnam, & cum hymno cantato, exitum esset in montem olearum. Matthæi 2. Itaque hæc circumstantia non pertinet ad Eucharistiam, magis quam illud quod statim: quum venisset Christus in locum qui dicebatur Getsemane, dixit Christus, *Sedete hic*: Vnde factum, credo, vt vndecimum similitudinis caput constituere ausi non sint: cum tamen legerent, *Facite vt isti discumbant*. Certe absurdum est, quæ unque illa nocte facta sunt, aut dicta, habere pro appendicibus Eucharistiæ.

XI. Hæc igitur capita ridicule sunt enumerata: ab eiusmodi ingenii, quæ quicquid obuium est rapiunt absque iudicio, atque in aduersarios iaciant, vt pueri sectantur aues testæ, lutæ, &c. Sed is mos mirum quantum sit alienus a Theologia, quæ nihil agit non sincere; & non tam victoriæ quam veritatis causa.

XII. Sed nunc ad argumentum respondeo: & nego si similes sint loci, ergo eodém esse: id est, etiam si non pauca sint communia, tamen vtrinque agi prorsus eandem rem. Videlicet, quoniam Sacramentum res sit composita, ex signo & re significata, siue ex re terrena, & cœlesti. Itaque quomodo cum hominem consistet esse compositum ex corpore & anima, potest quis de homine loqui aliquando secundum animam tantum, aliquando secundum corpus: interdum etiam secundum vtrumque: sic de Eucharistia nonnunquam secundum signum, aliquando secundum rem significatam, alias secundum vtrumque. Et vt erunt sermones de anima sola: rem de corpore solo: similes saltem *ἐν τῷ πνεύματι*, sermonibus de vtroque: sic sermones de signo solo & de re sola similes futuri sunt *κατὰ τὸν λόγον*, sermonibus de vtroque. Nec tamen qui sermones erunt de vno, erunt iidem de alio. Hoc ergo peccat argumentum, quod cum non negemus concionem illam Christi pertinere ad Eucharistiam: quando quidem fateamur in hac sancitam esse communicationem spirituales corporis, & sanguinis Christi: tamen transitus fiat ad alteram partem Eucharistiæ, quæ est de signo distincte: cuius est propria manducatio sacramentalis quatenus sacramentalis. Nos igitur merito consequentiam negamus. Quomodo si quis diceret, sermo de anima, & sermo de corpore, pertinet vterque ad sermonem de homine: Ergo sermo de anima, est sermo de corpore. Quo nihil cogitari posset absurdius. Non enim quæcunque concurrunt in compositum, eadem sunt inter se. Itaque, *Qui discordat à Christo non manducat carnem eius, nec bibit sanguinem, et si tantæ rei Sacramentum ad iudicium sua perditionis quotidie accipiat*. Vbi manifestissima est, non tantum distinctio, sed etiam disparatio Sacramenti, & rei.

XIII. Tertium argumentum Maldonati, & Valquis. Si de Sacramento Eucharistiæ Christus vsquam agere voluisset, illudque nobis depingere, certe clarioribus verbis vt non potuisset.

XIV. Respondeo falsum asseri. Nam Christus potuit vt, & re vera vsus est clarioribus, cum voluit Cœnam nobis depingere: Nemo enim est, qui neget ipsam illam institutionem quæ recitatur à tribus Euangelistis, & Paulo fuisse Eucharistiam ipsissimam. Neque verba quicquam dubij relinquunt, aut vllam negandi præbent occasionem. Patet vel hoc vno argumento. Nam quia Eucharistia constat pane vinoque in manus sumpto: eoque fracto distributoque, & consecrato: profecto qui hæc omnia exprimit longe clarius loquitur de Eucharistia, quam qui tacet eadem. Atqui hoc capite racentur omnia. Nam qui panis pridie erat distributus, non magis ad corpus Christi pertinet, quam pisces: Ergo potuit Christus longe clarius loqui de Eucharistia, quam sit hoc loco loquutus.

XV. Et sane solent illi clara appellare propria, obscura autem tropica: Itaque in hoc ipso argumento Maldonatus, *Non intelligo, inquit, cuius sit iudicij atque prudentiæ, relictis, quæ clara, quæ propria, quæ facilia sunt obscura, metaphorica, difficilia consecrari*. Vnde constat, cum dicunt non potuisse clarioribus verbis vt Christum: velle non potuisse magis propriis. Atqui hoc impudentissimum est. Quare? Quoniam quicumque vtritur figuratis, idem potest vt propriis: ac proinde clarioribus: si propria sint clara. At hic, hic, inquam, in hac ipsa concione, denique istis verbis Christus vsus est tropicis, figuratisque. Vin probem? Non ibo longè. Salmero mihi testis erit, tract. 4. to. 8. *Deserendus est hic sensus de sermone manducatione: & intelligendum in verbis Domini subesse figuratam locutionem. Paucis interpretis, Vt per manducationem carnis intelligamus sumptionem corporis sub specie panis, & per potum sanguinis, sumptionem sanguinis sub specie vini: qui sensus propterea non proprius, sed metaphoricus dicitur. Nam licet species panis proprie edatur, & species vini bibatur: caro tamen ipsa Christi in Sacramento existens, et si sumatur, non proprie manducatur, nec conuertitur in substantiam sumentis: nec est modo quæ to & diuisio, vt possit proprie edi. Et idem suo modo dicendum de sanguine. Figurata ergo caro dicitur manducari, simbolo eius, hoc est, specie panis, proprie manducato: & figurate sanguis dicitur bibi, eius signo, nempe specie vini, proprie pota.*

XVI. Non anquiro, bene an male figuratam manducationem explicari. Sufficit, siue bene, siue male: tamen manducationem nominari figura-

te. In his, inquam, ipsis verbis Christi, quæ nunc sunt præ manibus manducandam carnem Christi non dici sensu proprio. Aut ergo retractent Sophistæ, suum illud perpetuum *μορμαλοποιον* de obscuritate figuratæ locutionis: vel nunc concedant: & fateantur friuolam, inanem, imo stupidam esse illam Maldonati interrogationem, *Quibus clarioribus verbis vt potuisset?* Et sane indicauit Salmero clariora, *Vt per manducationem carnis intelligamus*. Quid intelligamus quæso? Aliquidne obscurius & difficilius: & magis accedens ad ænigma? Sed intelligamus, *Sumptionem corporis sub specie panis*, Heus Sophistæ; discite aliquid, si potestis, a vestrate Sophista: imo à vestro Sophista: Hæc verba, *Manducatio carnis*, figurata sunt: hæc ita figurata significant. *Sumptionem corporis sub specie panis*: Ergo, inquam, sumptio corporis sub specie panis, clarior est, facilior est, expeditior est, quam manducatio carnis. Et ita Christus loquens potuit clarioribus verbis vt: & nos terrendos speret quisquam vnica interrogatiua: ula?

XVII. Quartum argumentum, Roffensis, Bellarmini, Coffetæi, Petrinij; sumptum à verbis, *Panis quem ego dabo, caro mea est*. Argumentum erit in hunc modum. Hæc verba intelligenda sunt, vel de spiritali manducatione, vel de Eucharistia: At non de spiritali: Ergo de Eucharistia. Primam propositionem ponunt tanquam per se notam. Assumptum probant. Manducatio spiritalis est omnium temporum: At hæc manducatio non est omnium temporum: Ergo non est spiritalis. Maiorem probat Bellarminus, quia etiam Patres Veteris Testamenti Christum spiritaliter comederunt: imo, ait Coffetæus, ab ipsa orbis natiuitate.

XVIII. Non esse omnium temporum hanc manducationem, quod erat assumptum, probant: Nihil in futurum est omnium temporum. At hæc manducatio est in futurum: Ergo non omnium temporum. Maiorem supponunt, tanquam sua luce manifestam. Minorem probant: quia dictum, *Quem ego dabo*. Et illustrat comparatione Roffensis. Christum de triplici pane differere: Primo, de manna: secundo, de Verbo Dei, quod similitudine carnis peccatrici obtegebatur: tertio, de sua carne. De primo, verbum esse præteritum, *Panem cœlestem dedit eis*: De secundo, præsentis: *Pater meus dat vobis panem de cœlo verum*. De tertio, futuri, *Et panis quem ego dabo, caro mea est*. Addit Coffetæus, non posse hic futurum sumi pro præterito: quoniam bis vsurpetur, *dabo*, in eadem sententia: iuxta editionem Græcam; *Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*. Hoc posterius, inquit non potest de præterito exponi: quoniam de passione agat adhuc futura: Ergo neque illud prius: nisi velimus peruertere sensum verborum Christi.

XIX. Respondeo, in primo syllogismo non esse legitimam disparationem: quoniam fiat etiam in Eucharistia manducatio spiritalis. Itaque sic potius fuisse concipiendam, vel de manducatione corporis Christi, vel de manducatione Sacramenti eius corporalis: Ita postulante nunc proposita questione. Sed tamen, vt condonemus Sophistis sua verba: negamus assumptum. Nam corporis Christi, nulla manducatio est, nisi spiritalis. In secundo syllogismo, quo hæc probatur assumptio: conceditur maior: sed negatur minor: nã hoc manducatio, quæ promittitur his verbis, *Panem quem ego dabo, caro mea est*, vere fuit omnium temporum, ab ipso initio mundi: quia nunquam quisquam fidelis fuit, qui non manducauerit carnem Christi: & de Patribus sub lege diserte Paulus asserat, bibisse eundem potum ipsi rituale, edisse eandem escam spirituale.

XX. In tertio syllogismo, quo confirmatur hanc manducationem non esse omnium temporum, negatur maior, quæ statuit, id quod futurum sit, non esse omnium temporum. Etenim si hæc sit negatio legitima: Ergo quod est omnium temporum, non esset in futurum: quod est aperte absurdum. Tria enim sunt tempora, præteritum, præsens, futurum. Itaque quod est omnium temporum: oportet esse & in præterito, & in præsens, & in futurum: aliter non esset omnium temporum. Corrigan ergo, & dicant, quod si in futurum tantum, non esse omnium temporum: & dicent nobis consentientibus: sed nunquam tamen consenturis assumptioni, Hanc manducationem corporis & sanguinis Christi, esse in futurum tantum.

XXI. Nam quid habent vnde probent? Verbum futurum, *dabo*. Eia optime: quasi, qui asserat futurum, neget præteritum. Exempli gratia, cum legimus hoc ipso capite, *Qui venit ad me, nunquam esuriat: & qui credit in me, non sitiet vnquam*. En tibi in futurum, esuriat, sitiet: an quia falsum, si dixisset, *Qui venit ad me, nunquam esuriuit: & qui credidit in me, nunquam sitiuit?* Rursus, *Et eum qui venit ad me non eieciam foras*. An quia verum, olim alias quempiam eiecisse: Apocalypsis 2. *Victori dabo edere ex arbore vite, quæ est in medio paradisi Dei. Victor non laedetur à morte secunda*. Scilicet neque bonus ille latro, neque Stephanus, neque Iacobus, aliquot annis prius mortui, ederunt de arbore vite, aut lapsi sunt à morte secunda. Et non pudet Sophistas vanitatis?

XXII. Sed dedit, dat, dabo. Optime sanè: quid ergo? Ergone dabo, excludit præteritum? Cur potius, quam præsens excludat aut præteritum, aut futurum? Nam profecto ex vi sua, tempus præsens non magis præteritum comprehendit, aut futurum: quam futurum, includit præsens, aut præteritum. Quare si Christus ita concluditur daturus, vt non dederit; Ergo pater ita dicendus dare, vt neque antea dederit, neque postea sit daturus. Placetne? Atqui cum legitis, *Pater meus dat panem de cœlo verum*: conceditis agi de manducatione spiritali: & rursus hanc spirituales manducationem conceditis esse omnium temporum: vnde necessaria consequentia non tantum tunc Patrem dare, sed etiam olim dedisse, & postea etiam esse daturum. Quod si verbum præteritum non potest excludere præteritum aut futurum: quæ ratio cogit quæ futura prædicuntur, nihil pertinere aut ad præsens, aut ad præteritum.

XXIII. Nec est, quod Coffetæus opponat non posse futurum exponi per præteritum: nam quis huc delatus est? Nos certe tantum negamus sequi, si Christus polliceatur se daturum corpus suum manducandum: ergo eandem corporis manducationem nunquam fuisse in vsu.

XXIV. Petrinus necnon alij expendunt Græcum contextum, *ὁ ἑγὼ δέσω ἢ σὺ εἴμαι ἐν τῷ κόσμῳ, ἢ ἐγὼ δέσω ὑπὲρ τοῦ κόσμου ζωῆς, Panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*. Bis dabo: quod notatu dignissimum: Prius refertur ad Eucharistiam, alterum ad crucem.

XXV. Sic semper facilius Sophistis lumere, quam probare. Nobis con-

tra certum posterius dare, non absurde exponi de cruce: etiam si nihil veter, laus. Sed certe prius restringi ad Eucharistiam argumentis opus est extorquere, alioquin non dabimus: qui censemus in interpretandum, dandam in cibum: quandoquidem panis sit cibum: neq; alia notione soleat nominari: aut etiam nominatus sit in tota ea oratione. Est autem caro Christi cib. extra Eucharistiam: quare oportet hunc locum latius produci quam ad Eucharistiam: vt sit sensus, carnem Christi esse eum panem, quem in præcedentibus pollicitus erat Dominus.

XXVI. Quintum argumentum Bellarmini, Maldonati. Iste, Cur carnem (ait) & sanguinem: cur esum, & potum distinxit: nisi quia de carne & sanguine suis, ad modum cibi & potus, species panis & vini dandis, loquebatur? Ille. Ista distinctio tam frequens carnis & sanguinis, ac cibi & potus, aperte indicat Christum loqui de communicatione sui, sub speciebus panis & vini: alioqui enim quorsum ea distinctio, toties præsertim repetita: Spiritualis enim perceptio; non eget ista distinctio, cum vno modo fiat: idem est enim manducare & bibere in sumptione per solam fidem. Adde quod illa expressio, *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, significat diuersum modum sumendi carnem & sanguinem Christi, qui plane perit, si tollas species Sacramentales. Nempe ita: Omnis distinctio edendi, & potandi, carnis & sanguinis agit de Eucharistia: At in hoc sermone est distinctio illa: Ergo in hoc sermone agitur de Eucharistia.

XXVII. Respondeo, distinctionem illam dici vel metaphoricam, vel propriam. Si propriam dicas, negatur minor. Quia re vera tota hac concione, perpetua est allegoria vitæ corporalis, ad vitam spiritualem. Si dicas metaphoricam: negatur maior. Nam edere & bibere proprie pertinet ad Eucharistiam: metaphoricè autem fit sine Eucharistia; Teste Augustino, iam crebro citato, *Vnumquemque fidelium fieri corporis Domini participem, quando in Baptismate membrum efficitur Christi, nec alienari illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedit, calicemque bibit de hoc seculo migrauerit. Et contra, etiam ab Eucharistia separari potest, vt hac participata non edatur caro, non bibatur sanguis Christi, teste eodem, Qui disco: da à Christo, non manducat carnem eius, nec bibit sanguinem, est tantæ rei Sacramentum ad iudicium sua perditionis quotidie accipit. Obserua diligenter. Neque omnis qui comedit carnem, & bibit sanguinem Christi, idem manducat panem, bibitque vinum Eucharisticum: Potestne potentius demonstrari, aliud esse e: ler: carnem & sanguinem Christi, aliud in Eucharistia Sacramento, edere panem, bibere vinum? Quod si est, tum non est necesse, qui loquatur de edenda carne illa, bibendo sanguine, loqui de Eucharistia Sacramento.*

XXVIII. Et sane Maldonatum audi statim, *Si nullum postea specie panis & vini Sacramentum instituisset, aliam quæreremus interpretationem, conaremurque quoquo possimus modo, ad eius mortem accommodare. Ergo, inquam, tu concipis aliam quandam posse dari causam, cur distincta sit caro à sanguine: distinctus cibus à potu. Quid ergo nunc nos terret, quasi pereat omnis ratio eius distinctionis, nisi species cogites panis & vini? Ne indignarehos bone Sophista, quib. persuaderi nondum quitum est, vllam institutam corporalem manducationem potumve corporis Christi: aliam quætere interpretationem.*

XXIX. Atqui aiunt, ea distinctio significat diuersum sumendi modum. At manducare, & bibere metaphoricè, non sunt diuersi modi sumendi: Ergo hæc distinctio, non significat edere & bibere metaphoricè. Respondeo negari maiorem: neque enim diuersum modum sumendi designat: sed eundem per diuersas metaphoras, sicut paulo ante distinguuntur à Christo elurire & sitire, *Qui venit ad me, nequaquam esuriat: & qui credit in me, non sitiet vnquam.* Et tamen nemo negat eundem designare non esurire, & non sitire. Itaque Augustinus decimo sexto tertij de doctrina Christiana, *Nisi manducauerit carnem filij hominis, & sanguinem biberit, non habebit vitam in vobis. figura est, præcipiens passioni Domini esse communicandum. Certe vnica ratio est sumendi: communicare passioni Domini & tamen hæc vnica ratio designari dicitur per edere carnem & bibere sanguinem.*

XXX. Sextum argumentum Salmeronis. Constat in illo capite sermone haberi de quinque panibus, quos benedictione Dominus multiplicauit, & per Apostolos distribuit, & turbam satiauit, ita vt superauerint duodecim fragmentorum cophini, & populus acclamauerit, *Hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.* Huic autem signo aptius & melius coniungitur tractatio de manducando pane vitæ in Eucharistia: quam de manducatione pure spirituali passionis Christi per fidem: cum in speciebus Sacramenti vere manducatio interueniat: quemadmodum in pane Domini multiplicatio euenit. In illa præcessit benedictio Domini, quasi typus quidam illius benedictionis, qua vsus est in Cæna, & modo vitæ per ora sacerdotum. Deinde sicut panis ibi distributus fuit per Apostolos; ita sacrosanctæ Eucharistia distributio non nisi per sacerdotes, & Episcopos fuit. Ad hæc sicut ibi turbam satiauit, ita hic Dominus miraculo existens in Eucharistia, digne & recte sumentes reficit & implet. Adde quod ibi multi cophini superfuerunt, quibus alios possent Apostoli satiare: ita hic integer agnus sumitur, & vbi manducatus est à populo, integer perseverat. Et vt ex cibo sumpto turba cognouit Iesum esse prophetam, qui venturus erat in mundum: ita fideles agnoscunt Dominum in fractione panis. Argumenti vis Hæc concio interpretanda est vel de manducatione Eucharistia, vel de manducatione passionis Christi per fidem. At non de ista, ergo de illa. Probatum assumptum: quia altera illa manducatio Eucharistia similior.

XXXI. Respondeo primum, mirari me cur manducationem dixerit mortis Christi: nos enim non solemus ita, neque quisquam Theologorum, quod ego quidem sciam: Et si alioqui verum sit comedi carnem illam quæ est morti tradita: sed hoc si sufficit, tum vero etiã manducatio Eucharistia dicenda est manducatio mortis. Sed ille viderit. Nos qui syllabas non aucupamur, simpliciter intelligemus manducationem corporis per fidem, & negabimus assumptum in syllogismo.

XXXII. Ad confirmationem eius dico primum, non probari à Salmerone manducationem Eucharistia similiorem esse huic edito signo, quam

manducationem per fidem: sed tantum illam esse similem, vnde demonstratio nulla esse potest. Non enim si illa similis, propterea non altera. Et si est altera similis: tum vel nullum argumentum erit à similitudine: vel æque illa altera manducatio continebitur in hac concione.

XXXIII. Deinde quæro, quam ille similitudinem velit: reine externæ ad rem externam: an rei externæ ad internam & spiritualem? Nam si priorem, videlicet panis multiplicati ad species Sacramentales: negamus hanc similitudinem primum esse ad rem: deinde constare. Non ad rem: quandoquidem nostra nulla quæstio sit de manducatione specierum: sed de corpore Christi. Non constare, manifestum, vel ex eo quod Sophista cogatur desilire ab vna similitudine ad alteram. Nam benedictio, distributio, ad species pertinet: at refectio, superabundantia, non nisi ad ad corpus.

XXXIV. At si alteram eligat, id est similitudinem panis multiplicati, cum corpore Christi, tum vero constanter dicimus, hanc vere impleri in manducatione spirituali. Hanc, inquam, quæ esse debet: non eam, cuius ille capta inquisit. Nam benedictio huc non pertinet, quoniam corpus ipsum Christi non benedicitur. Sed distributio corporalis, recte distributionem significat spiritualem: & manducatio, manducationem: & saturitas, saturitatem: & superabundantia, superabundantiam: & agnitio agnitionem: & nutritio nutritionem: & vita vitam, & cætera similiter. Nec vero vel ipse ausus est Sophista huic parti contradicere.

XXXV. Sed & aliter videre est, quam inconsiderate dictum sit, huic miraculo aptius & melius coniungi tractationem de manducando pane vitæ in Eucharistia. Nempe quoniam ipsi Papistæ fatentur hanc tractationem esse tantum in secunda parte concionis: priorem vero partem esse de manducatione spirituali. Quid ergo? Speratne Sophista se persuasurum: aut magis coniunctam esse partem posteriorem, quam priorem, id est eam quæ non nisi interpositis aliis non paucis, quam eam quæ immediate? Aut aptius copulari id quod minus, quam id quod magis.

XXXVI. Et vero notarunt interpretes hunc commodissimum nexum cibi corporalis & spiritualis, per familiarem anagogen. Villagodus, *Auditorum animos singulari anagoge erigit à cibo corporali, quem illi tantopere quærebant ad caelestem & spiritualement panem transiens.* Maldonatus, *Sumpta occasione à corporali, quem illi quærebant cibo, ad spiritualement cibum transfert: quemadmodum Samaritanam illam mulierem de aqua corporea, de qua loquebatur, ad spiritualement traduxit. Pererius, Cernens Christus turbam, quam in deserto satiauerat, ipsum cupide sectari, eius cibi sapius percipiendi avidam: volens eam à corporali cibi cupiditate ad desiderium præstantioris cibi spiritualement traducere, instituit hunc sermonem.* Heus tu obleruato, transferri sermonem non à corporali ad corporalem: Non ergo ad Eucharistiam manducationem: nam hæc est corporalis. Transferri ergo à corporali ad spiritualement. Quare nos vicimus.

XXXVII. Septimum argumentum Salmeronis. Cum Iudæi obiecerint Christo, *Quod ergo tu facis signum: vt videamus & credamus tibi: quid operari? Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Dominus respondit, Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & reliqua.* Nempe igitur perentibus signum visibile, vt crederent, proponit carnem suam sub specie panis. Ergo signum à Christo exhibitum debet esse sensibile: & consequens panis Sacramentalis: non manducatio mere spiritualis, aut fides: quæ insensibilis est. Difficillimum argumentum ad formandum: vt pon consequantur sibi factam iniuriam: qui impune blaterant *si. b. q. v. viderint.* Ego sic concipio. Quicquid Christus promisit postulantibus, signum visibile, id ipsum est signum visibile. At manducatio sub specie panis est signum visibile. At manducatio sub specie panis est signum visibile. Ergo hanc promisit Christus. Et rursus, At manducatio spiritualis, non est signum visibile. Ergo hæc non promisit Christus.

XXXVIII. Respondeo, priorem syllogismum de manducatione sub specie panis, manifeste peccare in forma; vt ipse affirmatum in secunda figura. Id primum, & obiter. Non enim concedendum Sophistis, vt pro arbitrio agant ferant lectores: quasi nisi sibi ipsis debentes rationem suarum ratiocinationum. Quid enim alioquin tutum foret?

XXXIX. Deinde negatur maior. Quis enim iussit Christum nullum negare signum visibile, signum visibile postulantibus? At ipse contra est desertus Matthæi 12. *Natio mala & adulterina signum requirit. Sed signum non dabitur ei, nisi signum illud Iona Propheta.* Quod quidem erat tunc temporis signum inuisibile. Nam Deus non debet hominum voluntati obsequi: præcipue deprauatorum: ait Franciscus Lucas Maldonatus, *Non esse illis dandum signum id est illis petentibus, atque rogantibus: quia malo animo, & tentandi causa quærebant. Et post, Cum ad credendum signum petant, respondet non esse dandum illis signum, quale petunt, vt credant, sed quale non petunt, vt condemnentur.* Ergo inquam, non teneretur Christus signum dare visibile, quoties postularet. Imo ne signum quidem vllum. Quare hoc saltem nomine possunt lesuitæ in vtramque aurem dormire: neq; esse solliciti, quomodo Christus sit functurus officium suum.

XL. Confirmatur responsio: ex eo quod respondens postulantibus signum id visibile, immediate dixerit: non illud quo de nunc agunt aduersarij: sed hoc potius, *Amen, amen dico vobis, non dedit vobis Moses panem illum caelestem: sed Pater meus dat vobis panem illum vere caelestem. Panis ille Dei is est, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo.* Itaque hæc potius verba sumi debent responsa perentibus signum visibile. Quis enim credat non responsurum nisi interpositis variis sermonibus, id est aliis interrogationibus? Atqui hæc verba sunt in ea parte, quæ tam aperte agit de manducatione non visibili, sed spirituali, vt ne aduersarij quidem potuerint contradicere? Salmero etiam ipse non agnoscere. Respondit ne ergo Christus temere, & inconsiderate? An Sophista potius *αὐτὸς κατὰ δύναμιν*.

XLI. Octauum argumentum Salmeronis. Sicut Nicodemo ambigenti de possibili renascencia ex spiritu, Christus respondit legem ferens, & necessariam esse indicans renascencia per Baptismum, & vsus est illa solita asseueratione, *Amen Amen.* Et illo aduerbio *Nisi*, quod necessitatem indicat: & comminatus est, *Non potest intrare in regnum Dei: ita hoc loco de altero Sacramento, non tantum possibile, sed & necessarium indicauit, vsus iisdem verbis auctoritatis significantibus pondus, & commina-*

minatus est, non habebitis vitam in vobis. Adeo ut qui illud præceptum Baptisti admiserit, necessum sit ut ex hoc de manducanda carne, & bibendo Christi sanguine in Sacramento admittat.

XLII. Pertinet ad argumentum in hoc capite primum. Sed ita Sophista numerum augent, ut videantur pondus cumulare. Videamus tamen. Ambigenti, ait, de renascentia ex Spiritu. Falsum, inquam. Ambigebat enim de corporali: de que ea putabat Christo sermonem esse. Diserte: *Quomodo potest homo gigni qui senex est? Numquid potest in uterum matris sua secundo introire, ac gigni?* Maldonatus, *Homo adhuc carnalis carnaliter res minime carnales intelligit. Spiritus ei loquitur, inquit Aug. & carnem ille sapit.* Toletus, *De carnali generatione verbum interpretatur: & fieri non posse iudicat.* Villagudus, *Nihil ultra res humanas cogitans corporalem quandam ventrem, & reditum hominis rursus ad partum fingere cogitur.* Hoc fuit primo notandum.

XLIII. Christum autem loqui de spirituali, nullum dubium. Sed & nos concessimus de eadem manducatione corporis agi, quæ lancitur in Eucharistia. Hoc si Sophista sit contentus, nihil est quod ulterius pugnemus. Sed ille aliud vult: & hoc ipsum nos nolumus. Sunt, inquam, similes loci: sed *æta* non absolute. Quatenus ergo? Quatenus, inquam, utrinque res agit spiritualis. Et hoc sufficit. Nam in colloquio cum Nicodemo, Regeneratio metaphoricè sumitur, non autem *æta* *in* *trō*. Cur non ergo potuit in hac concione manducatio spiritualis esse? Repe-to. Non obstitit reduplicatum Amen, Amen: non necessitatis index, Nisi: non comminatio: quominus regeneratio per aquam & spiritum fuerit spiritualis. Ergo ne hic quidem, aut geminata asseueratio, aut necessitatis index, aut comminatio obstat, quominus manducatio sit non corporalis. Sufficit ad argumentum absurditatem. Ambigenti de possibilitate renascentiæ corporalis, Christus respondet de renascentia spirituali. Ergo ambigenti de manducatione corporali, Christus respondit de spirituali.

C A P. VI.

Vtrum Ioannis sexto manducatio sit corporalis.

I. Sic disputata est pars prior: vtrum in ea Concione agatur proprie de Sacramento Eucharistiæ quatenus Sacramentum est. Nunc altera disputanda, vtrum agat de edendo & bibendo corporaliter, siue per organa corporis. Nam hoc etiam polliciti sumus. Quamquam videri poterat confectum negotium. Etenim fatentur Papistæ nunquam corporaliter edi carnem, & bibi sanguinem, nisi in sumptione Eucharistiæ: unde consequens: si non agat hæc concio de Eucharistia proprie, non agere etiam de hac corporali manducatione & potatione. Quia tamen sperarunt habere proprias rationes, separatasque à superioribus: non est hæc pars superflua.

II. Primum argumentum Salmeronis tractatu 21. & Vegæ thesi 114. à verborum proprietate, siue propria verborum significatione: à qua minime nobis recedendum, nisi mens loquentis, siue scribentis alia fuisse vel ex ipsius rei absurditate, vel ex aliis manifestis indiciis constare possit. Est autem sermonis propria significatio manducatione corporalis: nec constat vlla absurditate, vlloue indicio alius sensus. Ergo manducatio corporalis est tenenda. Maiorem probat autoritate iurisprudencium, & Theologorum.

III. Respondeo maiorem esse extra aleam: itaque à nobis prolixè concedi. Sed in minore positam esse controuersiam. Quam sic explicamus, ut sint eius duæ partes: vna, propriam significationem verborum esse manducationem corporalem: altera, nullis absurdis aut indiciis constare alium sensum. Priorem ita explicamus, ut verba sint vel absolute, manducandi, & bibendi: vel copulate, manducandi carnem Christi, & bibendi sanguinem. Manducandi & bibendi vocabulis absolutis, possum concedere designari corporalem sumptionem, tanquam propriam: quandoquidem ei rei certum est primitus esse imposta vocabula. Sed ea verba absolute nunc vsurpari, nego. Quoniam diserte dictum: comedere carnem Christi, bibere sanguinem Christi.

IV. Iam vero verborum eorundem sic copulatum, comedere carnem Christi, bibere sanguinem Christi, nego propriam significationem esse manducationem corporalem. Nam quis nescit huiusmodi copulationibus mutari verborum significationem? Ridere proprie gestus est oris in homine. Sed copulate cum dicis prætere, nunquam quisquam eum gestum intellexit. Fames proprie significat nimum defectum cibi solidi in animante: & tamen Amos 8. ver. 11. fames audiendi Verbum Domini, nihil tale designat. Sic comedere etiam proprium sit, cum legis Genesios 2. *Ex omni arbore horti comedendo comedes.* Et 19. *Fecit eis conuiuium, in fermentata quoque coxit, & comederunt:* & plurima similia: tamen figurata sunt. Gen. 31. *Comedendo comedit argentum nostrum:* Psal. 69. *Zelus domus tuæ comedit me.* Et 78. *Iuuenes eorum comedit ignis.* Et 79. *Quia comederunt Iacob.* Prou. 30. *Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & committit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.* Itaque dico, etsi absolute comedere, & bibere sit proprie actio corporalis: tamen comedere carnem Christi, & bibere sanguinem Christi nullo modo esse actionem corporalem: ac proinde figurate sumi.

V. Quantum ad alteram partem attinet: Sophistas dico nimum sibi indulgere, quasi ex tribunali edicentes nullo absurdo, nullo indicio constare hic alium sensum, quam proprium: cum tamen eorum nunc sint arguendi partes: quæ cum nostræ futuræ sunt, tum spero nobis nos ipsos non defuturos. Dum id exspecto, nunc dico, ex adiunctis constare figurate sumi manducare. Adiuncta autem appello tū eos qui iubentur comedere, tum id quod iubetur comedi. Et illa stro exemplis. Cum legebamur comedere argentum: dicebamus figuratum esse. Quare? Nam puto si de struthio camelo ageretur, à quo ferunt comedi ferrum: nemo contenderet non posse proprie comedi argentum: vel rursus si de pane sermo esset, nemo inficias irer potuisse Labanum proprie comedere panem suarum natarum. Sed concurret vtrumque, ut & de Labano agatur: & de argento: erat au-

tem contra naturam Labani, ut proprie comederet argentum: itaque huc deuenitur, ut Labanus non nisi metaphoricè dicatur comedisse argentum gnatarum. Rursus: cum legis Psalmo decimo quarto, *Comedunt populum meum:* si de feris ageretur, quarum est etiam homines vorare, ut Genesios trigesimo septimo, *Ferra pessima comedit eum:* vel si saltem de Polyphemis, aut Canibalis: posset dubitari vtrum propria locutio esset: verum cum agatur de hominibus: & his quidem humanioris culturæ: nemo dubitat metaphoricum esse sermonem. Eadem nunc ratio. Nam quinam iubentur comedere? Non profecto vrsæ aut leones: sed homines. Et qui homines: Cannibales? Minime omnium: sed hominum omnium minime barbari, aut feri. Quid autem iubentur comedere? Carnes: quas? Vitulinas, an Veruccinas? Merebantur Pappolaræ, veruecibus, ac vitulis stupidiores, sed non has; verum carnes hominis: & cuius hominis? Christi, benefactoris, Saluatoris. Itaque ne mirentur Papistæ nos vitulorum, nos veruecum sibi *æta* obijcere, qui negent vlloue indicio constare hoc loco vocabula esse tropica.

VI. Quid plura: Andabatas committo: repetens Salmeronis verba mihi descripta paulo ante ex tract. 44. & tom. 8. *Intelligendum in Verbis Domini subesse figuratam locutionem: ut per manducationem carnis intelligamus sumptionem corporis, sub specie panis: & per potum sanguinis: sumptionem sanguinis sub specie vini: qui sensus propterea non proprius, sed metaphoricus dicitur. Nam licet species panis proprie edatur, & species vini proprie bibatur: caro tamen ipsa Christi in Sacramento existens, et si sumatur, non proprie manducatur, nec conuertitur in substantiam sumentis: nec est modo quanto & diuiso, ut possit proprie edi. En tibi victoriam? En tibi triumphos! A proprietate verborum agunt: quam tamen fatentur: quam fateri coguntur nullam esse. An non sic Tantalus captabat vndas fugientes?*

VII. Rursus. Tenendus est, aiunt, sensus proprius, si nulla absurditas, nullum indicium obstat. Esto sane. Sed quid dicunt ergo de prima illa parte eius concionis? Nam in ea habent, *Pater meus dat vobis panem de celo verum. Ego sum panis vitæ. Et si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Nonne habentur his locis eadem panis, & manducandi vocabula quibus dicunt esse propriam illam significationem sumptionis corporalis? Alterutrum ergo fateantur necesse est; vel non esse intelligenda de spirituali manducatione, quod tamen non sunt ausi dicere: vel contra quam nunc concludant, non si sit proprius sensus, ideo vbi que retinendum, aut etiam in huius concionis parte altera: quod nos tenemus.

VIII. Erat in hoc argumento Stoicæ cuiusdam seueritatis exemplum: sed nunc videte Academicæ mollitiei experimentum sensim cedentis. Est ipsius Salmeronis, tractatu vicesimo tertio extremo: qui quasi victus non posse excludi tropum similis esse voluit nec neganti, nec cedenti. Quandoquidem in exponenda Sacra Scriptura, vbi proprius sensus haberi potest, non est querendus metaphoricus: ita vbi haberi potest figuratus, & metaphoricus minus remotus à litera, & minus procul petitus, non est querendus remotior, & magis tropicus. Cum ergo à verbis panis & vini, cibi, & potus, carnis & sanguinis, famis & sitis, satietatis cibi & potus, manducationis & bibitionis, remotior sit alieniorque ille sensus, qui tradit spiritualem manducationem per fidem tantum sine Sacramento, quam ille qui manducationem spiritualement, tradit in vsu Eucharistiæ: quia saltem sunt species, panis & vini corporales, quas sensibilibus edimus, & bibimus: & in eis re, vel voto acceptis, vel in quauis illarum omnia vbius & spiritualiter faciamus: venit ergo hic sensus alteri magna cum ratione præferendus, ac proinde solus amplectendus.

IX. Labascis ergo, inquam, & qui à tuis didiceras loqui de orali manducatione carnis Christi: nunc multi astimaueris, si possis vel hoc saltem auferre, ut loquatur Christus de spirituali manducatione sui corporis, sed simul de corporali specierum panis. Et propemodum obtines, ut ne tibi simus infens, obtineres proliis vno adhuc addito verbulo, nam nos quidem professi iam pridem sumus, de ea Christum loqui manducatione, quæ fiat etiam in Cœna, id est, tum cum simul corporaliter sumuntur species illæ. Tantum non patimur ita coerceri, ut ne latius pateat, aut fiat etiam extra Cœnam. Hoc tu igitur, ne cunctator addere, Salmero, & pax esto. Non enim odimus te, sed tuam causam non probamus.

X. Sed enim, propinquorem sensum cum dicit assumendum, si quis sit, concedi posse putamus, addita eadem conditione, quæ prius fuit posita: nimirum, si nulla absurditas, nullum ue indicium remotiorem postulet. Non credimus autem hunc de corporis manducatione sub speciebus panis, nulla aut absurditate, aut alio indicio refutari posse, neque aduersarios videmus sudasse in eo scrupulo nobis eximendo.

XI. Quamuis etiam mirum sit cur hunc dicant sensum viciniorem proprio qui dicat, simul spiritualiter edi & corporaliter: quam cum qui spiritualiter tantum. Agimus enim de manducatione, non cuiuslibet rei, sed corporis Christi: cuius ratio distincta à ratione specierum. Nam illi competit spiritualis manducatio: huic vero corporalis. Quare quemadmodum cum de his speciebus agas: non est verum simplicius esse, comedi spiritualiter & corporaliter: quoniam corporaliter duntaxat manducantur: sic cum agas de corpore longe simplicius est, comedi tantum spiritualiter: quam spiritualiter & corporaliter simul. Enimvero quod species edatur spiritualiter, aut corpus corporaliter, id per accidens fit: nimirum illis propter corpus, huic propter species. Est autem quod per se magis proprium, eo quod per accidens.

XII. Secundum argumentum à comparatione manna. Tholosanus dialogi septimi partitione prima, Opponit carnem suam manna: & manducationem suæ carnis, manducationi manna. Atqui manna comedebatur realiter & actu per os corporis. Ergo per idem os corporis Dominus intellexit suum corpus recipi manducarique: tamen absque alteratione, aut corruptione. Alias non bene copularentur hæc manducationes: si vna realiter & per os corporis: altera fieret tantum spiritualiter, & ore cordis, siue fide.

XIII. Immane quam Bræotum ingenium. Nam à quo alias expectassemus tam crassum delirium? Opponit manducationem carnis, manducationi manna. Ergo vtra que eadem. Quid ergo? Nonne opponitur manna caro? Ergo ne idem manna & caro, id est eiusdem generis? Non p-

det Sophista, et tam grandem, tam pueriliter decipi? Nos multo fortius: si opponantur manducationes, Ergo sunt diuersi generis. Itaque si manna manducatio sit oralis: corporis manducatio non potest esse oralis. Neque aliter putamus posse legitime opponi.

XIV. Verum non omnes aequae cum isto stupidi. Bellarminus: comparatio, inquit, non fit inter manna, & corpus Christi, ut sumitur sola fide, sed ut sumitur in Sacramento: id quod perspicuum est ex prioribus ad Corinthios decimo: ubi comparat Apostolus transitum maris rubri cum Baptismo, & manna cum Eucharistia: tum etiam quia corpus Domini, ut sumitur sola fide, non defuit Veteribus, imo illud in manna ita fumebant opinione aduersariorum, ut nos sumimus in Eucharistia. Salmero addidit tractatu vicesimo tertio elegantem similitudinis explicationem. Nam velle panis non sine admiratione hominum de caelo descendebat, & omne delectamentum in se habebat, ut conuerteretur ad quod quisque vellet: & qui plus colligebat, vel minus, non propterea magis vel minus habebat: atque illo cibo Patres vsque ad ingressum terrae promissae sustentati sunt: quis ignorat in his expressam fuisse imaginem, non quidem Christi patiens, sed Christi in Eucharistia collocati, quiverit de caelo descendit, non tantum quantum ad diuinitatem, sed etiam quantum ad humanitatem de Spiritu Sancto concepit? Hic panis omnium morborum spiritualium est medicina, & omnium desideriorum complementum, omniumque spiritualium deliciarum delectamentum: ut ad omnes vltus nostros, & necessitates supplendas, pro voluntate hominis conuertatur: neque qui maiorem hostiam, minoremve accipit, aut duabus, aut vna specie vitur, propterea maiorem aut minorem fructum accipit. Denique hic cibus, vtilis est nobis peregrinantibus in hac vita, donec perueniamus ad terram illam viuentium, ubi sine velo Dominus visus, manducatus & potatus, omnes Angelos, & sanctos beat, & felicitate satiat.

XV. At nos dicimus comparationem fieri mannae cum corpore Christi, ut sumitur fide sine in Eucharistia, siue extra Eucharistiam: itaque non proprie ut sumitur in Eucharistia. Ratio nobis, tum quia nunquam Christus sumitur nisi per fidem: tum etiam, quia omnia illa quae considerantur in manna, habent sua parallela in Christo per fidem manducato: & non habent omnia in Christo, quatenus in Eucharistia manducatur.

XVI. Paulus, ait, comparat manna cum corpore Christi, ut sumitur in Eucharistia. Ergo etiam 6. Ioan. Christus. Respondeo primo: Paulum non comparare manna cum corpore Christi: sed cum pane Eucharistico: & eius comparationis fundamentum esse Christum: qui exhibetur tum in manna tum in Eucharistia: quomodo etiam rubrum mare Baptismo, propter similitudinem effectuum. At non sic Christum: nam hic non comparat se mannae per similitudinem, sed per oppositionem diuersorum effectuum: ut manna non daret vitam, sed Christus. Quare dissimilis est locus Pauli huic Christi loco. Et dissimilitudo constat gemino capite: vno, quod Christus duos terminos correlatos habet, manna, & seipsum, at Paulus duos, manna & Eucharistiae Sacramentum. Altero, quod relationis in verbis Pauli fundamentum sit communis effectus, nempe manducatio Christi. At fundamentum relationis in verbis Christi sit disparitas effectuum. Quare manifestae sunt conuenientiae: alioquin contrarii essent Christus & Paulus: cum ille Christum sub Eucharistiae speciebus dissimilem faciat mannae: at Paulus similem faceret: quod fieri non potest.

XVII. Secundo haec eadem comparatio est in prioribus parte concionis, Amen, amen dico vobis: non dedit vobis Moses panem de caelo: sed pater meus dat vobis panem de caelo verum. Atqui haec parte ipsi concedunt aduersarij agi de Christo tantum per fidem manducato. Ergo, inquam, non valet consequentia opposita in 2. parte. Nam si haec oppositio inferret necessario Christum sub specie panis: hunc eundem sub specie panis inferret in prioribus quod falsum.

XVIII. Non defuit Veteribus corpus Domini fide manducatum. Minime sane, inquam: quid tum? Nempe hoc esse oportet argumentum: Caro Christi comparata mannae defuit Veteribus: at caro Christi fide sumpta non defuit veteribus. Ergo caro Christi fide sumpta non est ea quae comparatur mannae. Respondet. Si haec ratio concinatio sit necessaria, & hanc idem fore necessitatem. Caro Christi fide sumpta, non est ea quae comparatur mannae. At fideles Christiani sumunt carnem Christi comparatam mannae: Ergo Christiani non sumunt Christi fide. Quod est absurdum. Nempe igitur in syllogismo Papistico neganda est maior. Nusquam n. Christus dixit: eam carnem quam opposuit mannae, defuisse Veteribus: sed tantum ipsam manna non fuisse panem vitae: videlicet consideratum in seipso: quomodo neque panis Eucharisticus in seipso est corpus Christi: etsi alioquin Sacramentum corporis Christi. Nam manna Iudaei obiecerant, non tanquam Sacramentum: sed tanquam cibum corporeum. Itaque & Christus consideratum ex eorum mente tanquam cibum corporeum, negauit esse panem vitae. Sed non propterea negauit vllum fuisse panem vitae Veteribus.

XIX. Salmeronis capita non concludunt agi de carne Christi, qua manducatur sub speciebus panis: sed tantum de carne Christi quae manducatur sub speciebus. Nam ea omnes proprietates non conueniunt ei carni quatenus comeditur: siue vt portento se loqui maluit Salmero, quatenus collocata est sub iis speciebus: sed quatenus est caro Verbi vobis data. Primum quis negat carnem Christi, quae fide comeditur, esse de caelo? Nam Christus ipse, Pater meus, inquit, dat vobis panem de caelo verum: & tum dicit cum, testibus aduersariis, sermo est de spirituali cibo, esse omnium morborum spiritualium medicinam, cum fide sumitur: adeo verum est vt in Eucharistia si sine fide sumatur, nulla sit medicina, sed potius morbus: imo non morbus, sed mors ipsa, condemnationem dixit Paulus. Eadem ratio delectamenti spiritualium deliciarum, & omnium necessitatum spiritualium: ac proinde etiam sustentationis in hac peregrinatione. Sic n. Paulus dicebat sibi Christum esse lucrum, & viuenti & morienti, ad Philippens. i.

XX. Quamquam haec capita sint importune Salmeroni quaesita, cum nihil pertineant ad Christi verba, sunt enim capita similitudinis inter manna & corpus, quae nulla est in hac concione: non autem oppositionis, quam solum Christus artigit. Sed & illud caput importunissimum: de eo qui plus minusue acciperet. Quare? Quoniam pertineat non ad mannae & corporis siue similitudinem, siue dissimilitudinem: sed ad compara-

tionem potius, similitudinemque mannae & specierum. Etenim plus minusue nullo modo refertur potest ad carnem Christi, quae nunquam nisi tota comeditur. Itaque haec argumentatio praeter nugae nihil habet.

XXI. Pertinus in Minutrophthoria addit praecedentibus hoc argumentum. Quandoquidem comparatur panis caelestis, Mannae Hebraeorum: necesse est ambo conuenire in idem manducationis genus. At qui in manna Veterum spiritualiter comedebant carnem Messiae venturam: tum manna ipsum ore fumebant. Ergo necesse est Dominum loqui de quadam manducatione, quae fiat per os corporis.

XXII. Oporteret, inquit, concurrere in idem manducationis genus. Immaniter, inquam, falsa assertio. Non enim omnes comparationes esse trium terminorum tantum: vt si panem, & carnes comparare, quia edantur eodem modo: quomodo se Christus Deo comparat in credendo, Ioan. 14. *Creditis in Deum, etiam in me credite.* Sunt plurimae quatuor terminorum, vt Matthaei 13. *Simile est regnum caelorum, homini seminanti bonum semen in agro suo, item grano sinapis: item fermento, item thesauro occultato:* quarum comparationum nulli termini conueniunt in quicquam eiusdem generis: sed singulis sua correlatiua sunt toto genere diuersa. Comparatur ergo sane corpus Christi cum manna: sed conuenire vtrumque in manducatione eiusdem generis, non debuit Sophista quasi vi rapere, sed argumentis extorque. Et vero nos contra probamus facile. Nam cum vel tota oratio, vel saltem prior pars loquatur de spirituali manducatione Christi: At haec comparatio cum Manna sit in prioribus parte: omnino necesse est eam carnis manducationem esse spiritualem: quae cum non sit eiusdem generis cum manducatione orah: fieri non potest, vt comparati termini concurrant in manducationem eiusdem generis: contra quam sumpsit nugator.

XXIII. Tertium argumentum Bellarmini ex verbis manducandi, & bibendi, tam saepe repetitis, & cum iuramento, Amen, amen, confirmatis. Illa enim verba non possunt figurate accipi, sed proprie: tum quia semper propria significatio sequenda est, nisi euidenter probetur contrarium: tum quia valde absurdum esset, Dominum non semel, sed saepius iuramento confirmasse, oportere manducari ipsum carnem, si hoc non nisi figurate faciendum esset. Neque enim iuramento confirmare licet, nisi sententias apertissimas, & certissimas, & quae non possint in alium sensum torqueri, ne detur occasio perituri. Forma est. Nullus sermo figuratus confirmatur iureiurando. At hic sermo de comedenda carne, confirmatur iureiurando: Ergo non est figuratus.

XXIV. Respondeo negari maiorem. Nam causa, ratioque inrandi veritas est. Itaque omnis sermo verus, potest confirmari iureiurando. Est autem aliquis sermo figuratus verus: Ergo aliquis sermo figuratus potest iureiurando confirmari. Atque adeo, etsi multa iam pridem ostenderunt Sophistae documenta inconsultae temeritatis, tamen sunt iurati qui sic factum vt contra tot, tantaque in contrarium exempla, sit ausus Bellarm. tam impudenter mentiri, *Non licet, ait, iuramento confirmare, nisi sententias apertissimas, & certissimas, & quae non possint in alium sensum torqueri.* Cum tamen non ignoret a Iesuitis hoc demum seculo doceri palam, licere etiam iuramentis: vt in quocumque mentali.

XXV. Sed Christus ipse de quo nunc quaestio est, quoties iurauit in verba impropria, & figurata: Matthaei 5. *Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas non quissimum quadrante.* Propriane omnia: an figurate carcerem, pro inferno: figurate quadrante, pro poena: Et 18. *Amen dico vobis, quacumque alligaueritis super terram, erunt ligatae in caelo: & quacumque solueritis super terram, erunt solutae in caelo.* Lucae duodecimo, *Amen dico vobis, praecinctus faciet, vt discumbat, & prodians, ministrabit eis.* Ioan. 1. *Amen, amen dico vobis, deinceps videbitis caelum apertum, & Angelos Dei ascendentes super filium hominis.* Et 3. *Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit de nouo, non potest videre regnum Dei.* Psal. nonagesimo octauo, *Iuravi Datus de seruo meo, edificabo in generationem thronum tuum.* Satis haec multa sunt exempla locutionum figuratarum iuramento confirmatarum, contra Bellarmini audaciam.

XXVI. Sed & in hac ipsa concione, quater omnino Christus vsus est hac iureiurandi formula. Primo, *Amen, amen dico vobis, quae sitis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis panes illos.* Secundo, *Amen, amen dico vobis non dedit vobis Moses panem illum caelestem: sed pater meus dat vobis panem illum vere caelestem.* Tertio, *Amen, amen dico vobis, qui credit in me habet vitam aeternam.* Denique, *Amen, amen dico vobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis.* In his exemplis nullum est siue tropo. Nam in primo: quid est, *Non quia vidistis signa?* Nonne falsum si ad literam? Itaque Maldonatus, *Voluit dicere, in illis ipsis miraculis non quare eos quod spirituale, sed quod carnale erat.* In seundo constat consensu Papistarum panem caelestem quem dabat Pater esse metaphorice: nimirum quia spiritualem: nondum enim peruentum erat ad secundam partem, in qua sola *intra* vt getur. In tertio, *Quid illud est, Qui credit habet vitam aeternam?* Atqui in vita aeterna nullus locus fidei. Itaque verius proprie, *Qui credit nondum habet vitam aeternam.* Recte igitur Maldonatus, *Habere, non habiturus vitam aeternam dicitur, qui in Christum credit, quia quantum vitam iam aeternam non habet, ita ad illam habet.* Item Toletus, *Non quod nunc quando credit habeat in se, sed in nonissimo die.* Quando vero credit, habere dicitur, quia ius ad rem habet. Fides enim viua fidelis, est velut pignus, & ius quoddam ad vitam aeternam. In postremo denique praeter id quod est in quaestione: certe negari non potest illud, *Non habetis vitam in vobis,* ad literam falsum esse: non enim, opinor, eadaverum concione erat. Et tamen diserte *in* *Latine, non habebitis: sed non habetis, id est moriui manetis,* ait Maldonatus. Nam significat eos nunc esse mortuos, ac similes cadaueribus, in quibus nulla anima, nullas motus, nulla a *Esio, nullum signum vita sit.* Ergo, inquam, necessario metaphora est. Quare audacissima assertio est: nullam figuratam propositionem posse iureiurando confirmari.

XXXI. Atqui, inquit, non est danda occasio perituri. Ingens scilicet, haec cura Iesuitas sollicitat, post inductas a quocumque mentales. Sed enim, quid Christo factum, quem docuimus tam saepe iurasse in verba figurata? Et quidem ita vt res translata fuerint in sensum alium? semel Ioan. tertio cum Nicodemus putauit agi de generatione carnali. Et bis

bis in hac ipsa concione. Primum, *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare, qua vescamur?* Iterum, *Durus est hic sermo: quis potest eum audire?* Aut cur non deit oc asionem perituro: Nimirum hac occasio nulla est a proprietate: aut tropo: sed a veritate, aut falsitate.

XXVIII. Quartum argumentum Bellarmini, Vasquis, Salmeronis, Sanctesij à mente eorum apud quos concionabatur Christus. Qui sensus fuit auditorum intelligentium verba Christi, idem fuit Christi nuncupantis. At ille fuit de manducatione carnali. Ergo & iste. Probat minor varie. Sed non est controuersia apud nos: itaque probationes omittimus.

XXIX. In maiori totus labor. Primus ergo Sanctesius sic. Si non iudicallent alter quam per solam fidem ex Christi verbis carnem eius dandam esse & accipiendam, sine controuersia non adeo durus illis visus fuisset sermo Christi: nec minime credendi, nec murmurandi apparentem arripissent occasionem: nec Christus Apostolos interrogandi, an & ipsi vellent abire. Nulli enim, cum Christus intulit, Patris opus esse, ut in eum crederent, exhortauerunt: imo audientes à Patre dari panem de cælo verum, mox dixerunt, *Domine semper da nobis panem hunc*: post carnis vero promissionem statim litigarunt. Ex quo planum fit ipsos non in eo fuisse deceptos, quod putarint Christum carnem suam re ipsa daturum ut manducaretur: sed in eo quod volebant credere recte dari posse, aut expectare quomodo eam daturus esset.

XXX. Secundo Salmero. Si nullo modo haberet locum, vel ferina manducatio, quam ipsi intelligebant, vel esus in Eucharistia mysterio, re profecto declarata, atque à Domino explicata, facile eorum scandalum, & offensio sedari potuisset. Poterat siquidem Dominus dicere: Nemo offendatur verbis meis: intelligo tantum in fide, & Spiritu sumendum esse corpus & sanguinem meum: nihil à vobis meis verbis aliud exigo, quam ut simpliciter in me credatis. Ergo tam Iudæi ipsi, quam discipuli suis verbis, & facto retrocedendi: quam Dominus ipse non sedans illorum scandalum, & eorum retrocessioni non occurrens, apertissime demonstrant sermonem de manducanda Christi carne, & bibendo eius sanguine verum esse & proprium, & citra metaphoram intelligendum. Bellarminus: Dominus non correxit eorum sententiam: sed iterum inculcauit, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis*. Quis credat, rem facillimam, qualis est credere in Christum, voluisse Dominum cum tanto officulo discipulorum inuoluere, tot obscurissimis metaphoris, cum potuisset vno verbo rem totam declarare? Et confirmatur, quia solebat Dominus, si quid per parabolas obscure proponeret, postea discipulis explicare, Hic autem non explicuit aliter: sed dixit eis qui non recesserant, *Vultis & vos abire?* Quasi diceret, Non habeo aliud quod faciam: insinuaui mysterium: fide hic est opus, qui non vult acquiescere, abeat.

XXXI. Respondeo maiorem syllogismi mire esse absurdam. Nam auditoribus frequenter contigit aberrare à mente loquentis. Ioannis quarto, cum diceret Christus Samaritanæ, *Tu petisses ab eo, & dedit tibi aquam viuam*: tum illa, *Domine, neque quo haurias habes, & puteus profundus est*: unde ergo habes aquam illam viuam Maldonatus, *Aquam viuam, quam pollicitus erat Christus, non aliam quam illam ipsam intellexerat, quam ex illo puteo ipsi hauriebat: aut aliam certe generis eiusdem*. Eratne hæc mens Christi? Similiter tertio: cum de regeneratione à Christo Nicodemus audisset, intellexit de regresso in vterum matris. Maldonatus, *Homo adhuc carnalis carnaliter res minime carnales intelligit. Spiritus ei loquitur, inquit Augustinus, & carnem ille sapit*. Sicine Christus? Matthæi de imo sexto, *Iesus dixit eis: Videte, & cauetis à fermento Pharisæorum & Sadducæorum*. Ipsi vero disceptabant inter se, dicentes, *Panes non sumusimus*. Lucas Brugensis, *Cum intelligerent de fermento panis admisceri consueto, tanquam vetarentur Pharisæorum & Sadducæorum, hominum impiorum, ac deploratorum vesci pane*. Quid calumnias memorem de destruendo templo: deque Elia inuocato? Scilicet ista sunt magnifica experimenta axiomatis Papistici. Veram Christi mentem eandem esse quæ auditorum? Imo hoc ipso loco, quodnam fuit Capernaitarum somnium? Ferina manducatio: sic enim nominat Salmero: quomodo scilicet, venditur in macello: & ut per partes erogaretur caro. Pergite, viri fortes: & quoniam semel decretum Christi mentem discere à Capernaitis: concludite: Christum haud aliter cogitasse, quam ferinum in morem lacerandam fore suam carnem, quasi in macello. Placetne? An pudet audacia, stultitia, furoris? Nam quo iure corrigatis Capernaitarum mentem, si eadem illa sit, quæ Christi?

XXXII. Sanctesij confirmationem refuter, qui poterit concipere. Hoc sane constat, vitum iis adiutoribus carnem Christi aliter dandam, quam per fidem nec opus fuit, ut hoc Sophista curiosius illustraret, quod ipso Sole, ut ita dicam, luculentius est. Verum fuisse deceptos, in eo tantum quod nolent credere recte datum iri: non autem quod crederent re ipsa datum iri: unde conficitur Autilud, *Ex quo planum fit, quo iure dictum? Ita ne? quia Capernaitarum somniantur*. Ferino more lamandam: (nam hoc fuit: etsi dissimularit Sanctesius) ex eo fit manifestum, non peccasse nisi quod nolent credere sic rite, recteque faciendum? Et Coræbo quisquam posthac stultitiam obiecurus sit?

XXXIII. Non est interpretatus aliter Christus? Quid tum? inquam. An quia certum, quibuscumque non subiecit interpretationem Christus, eadem vel ad literam accipienda: vel sic ut concepta sunt ab auditoribus? Docete ergo, o quos nihil latet, ubi admonita fuerit Samaritana, ne aquam ex puteo intelligeret. Docete vbi illa de templo calumnia fuerit clarioribus verbis à Christo declarata: ne errarent sui calumniatores. Et quando admoniti illi alteri, non Eliam, sed Deum fuisse inuocatum. Nam si hæc non potestis, quid prodest aliis exemplis niti? Fatemur equidem Nicodemum ad monitum de regeneratione per aquam: quod etsi æque obscurum erat: tamen est sane explicatio. Et illud de fermento fatemur discipulis non fuisse diu in tenebris. Sed hæc exempla sunt particularia, ex quibus nunquam fit in queat vniuersale axioma: nisi quicquid est rectæ rationis immutatum fuerit in gratiam Papistarum.

XXXIV. Sed potuit, aiunt, tumultum facile sedare. Imo, inquam, præuenire: si nihil eorum dixisset, quæ dicta sunt. An propterea nullus fuit? Quemadmodum igitur: non si potuit præuenire non dicendo: id eo non dixit: sic etsi potuerit sedare, ea dicendo, quæ Sophista nugarum, ideo tenebatur dicere, quia nugarum sunt Sophista: quibus nihil est pen-

si, quid dicant, dum ne taceant. Imo vide; Negauit Cyrillus, explicuisse Christum, id cuius causa tumultus fuit, Dominus, ait, quomodo id fieri possit, non enodauit: mysterij modum, nequaquam explanauit.

XXXV. Et sane rem conderemus Murmuratum est bis: Primo, *Murmurabant ergo Iudæi de eo quia dixerat, Ego sum panis ille qui de cælo descendi*. Et dicebant: *Nonne hic est Iesus filius Iosaph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit iste de cælo descendit?* Iterum postea, *Pugnabant ergo Iudæi alii aduersus alios dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare, qua vescamur?* Deniq; *Multri ex discipulis eius his auditis dixerunt, Durus est hic sermo: quis potest eum audire?* Nego in his quicquam esse, quo sit explicatus quæstionis modus.

XXXVI. Nam in primo quæstio erat, quomodo de cælo descendisset: quæ ipsa phrasit impropria est: quando quidem descendere sit mutare situm ex alto in locum inferum. Quod Christus nec secundum diuinitatem erit, nec secundum humanitatem: ut patet exemplo manna. Tum autem causa dubitandi expressa fuit, quod noti essent parentes: hoc videlicet argumentationis genere. Nullus natus ex mare & femina descendit de cælo. At hic natus ex mare & femina: Ergo non descendit de cælo. Quid opponit Christus? Primum, non posse ad se venire, nisi quem Pater trahat: deinde: qui in se credat, habere vitam æternam: ideoque se esse panem vitæ. Maldonatus, *At si Christus diceret: Nolite murmurare de iis, quæ non intelligetis: ideo autem non intelligetis, quia à Patre meo non trahimini*. Tota etus, *Dicit Dominus, Nolite murmurare: nemo enim mihi credit, nemo mea verba capit, nisi qui à Patre tractus est*. Vident pro explanatione obici ignorantiam non intelligentium? Ergo hæc prima difficultas remansit non soluta. Cur non potuit hic dicere Christus, Ne murmurate, intelligo me per vniorem personalem esse panem cœlestem, atque à deo de cælo descendisse. Dixitne? Minime omnium. Cur ergo non obiciis Christo, non sedasse scandalum? Aut si non hic, cur istic magis.

XXXVII. In secundo, quærebatur, quomodo posset dare carnem suam vescendam. Causam dubitandi notant alij quod crederent fieri non posse: alij, quod absurdum, ac nefarium esset. Quid autem Christus? *Nisi edieritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis*. Quid hoc est responsum? Volens, Dominus sententiam eandem confirmat, terrorem incutiendo: *quasi diceret: vobis dixi carnem meam me daturum in panem & non creditis: ego dico vobis iterum, & augeo sententiam: nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, vos non habetis vitam in vobis*. Christus ergo ingeminat idem quod prius erat dictum. Non ergo exponit: non explicat: non remouet causam disputandi. Quid ergo rursus? An non potuit dicere: nolite disceptare: dabo vobis carnem meam sub speciebus panis: An quia nostris ille legibus non sit obnoxius?

XXXVIII. Quid habent, quo insultent aduersarij? Nam huc redit subtilitas. Non explicauit Christus se agere de sumptione per fidem & spirituali. Ergo de ea non egit. Immane mendacium. Nam primo contra. Non explicauit se agere de sumptione corporali: Ergo neque de ea egit. Quo inferior hæc est consequentia? Quis hanc repudiare possit, qui priori locum de derit: Deinde manifesta absurditas est: ex priori dubitatione: quæ pertinet ad eam concionis partem, quam concedunt omnes agere de spirituali sumptione. Ergo, inquam, etiam nullis id delertis verbis restatus sit Christus, quantumuis opposito murmure: tamen certum est eum locutum de spirituali manducatione. Cur non in altero loco?

XXXIX. Quis credat, ait Bellarminus, voluisse rem facillimam inuoluere tot obscurissimis metaphoris? Quam rem, inquam facillimam? Manducationem scilicet spiritualem. Quibus obscurissimis metaphoris: Eden di scilicet, & bibendi. Nugator magne quid agis? Annon eadem res facillima erat in priore parte? Illa ipsa, inquam, spiritualis manducatio? Nonne eadem illa obscurissima metaphoræ? Quæ ergo cur in illa priore parte voluerit Christus rem facillimam obscurissimis metaphoris inuoluere. Aut nos a te potius, cur hoc sit inuoluendi crimen durius in secunda, quam in prima. Nam si causam tu nullam habes, præter arbitrium tuum, nihil nisi sibi illos expectato.

XL. Solebat si quid obscure proponeret, postea discipulis explicare. Semperne? Alias refutatum. Sed & hic in presenti. Nam obscure, id est, metaphorice erat proposita in priori parte manducatio spiritualis: nec tamen explicata. Præterea inepta obiectio est. Nam tu obiciis explicatas fuisse discipulis postea parabolas. At tu hic vis statim, & apud eisdem. Hæc enim tu querela est: hanc concionem non cum aliis locis comparantis: sed in partibus examinantis. Enimvero si postea & inter discipulos priuatim vis factam expositionem, etsi ne hoc quidem sit perpetuum, tamen habemus vnde tibi satisfiat. Nam & in hoc capite legitur, *Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt*. Et iterum in Eucharistia instituenda, si quid nunc obicuri fuit, manifeste indicatum est: unde Cyrillus restabatur postea nota petentibus hæc mysteria fuisse explicata.

XLI. Quintum argumentum Salmeronis. Hoc caput, si de simbolici duntaxat incorporatione per fidem in Christum passum, esset accipiendum, profecto præceptum hoc, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, cum illo incederet, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. Atqui hoc falsum est*. Nā aliud est nasci spiritualiter: aliud vero nutrire in vita accepta, vel vitam tueri. Manducare ergo & bibere carnem Christi, & sanguinem eius, quod est iam viuens, aliud Sacramentum continet, quam illud renascentiæ, quod est nondum existentis neque viuens.

XLII. Respondeo negari consequentiam. Nam profecto si renasci est nondum existentis, manducare vero existentis: non possunt idem esse renasci, & manducare. Itaque refutat ipse Salmero suum hoc consequentiæ præceptum hoc, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, cum illo incederet, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S.* Atqui hoc falsum est. Nā aliud est nasci spiritualiter: aliud vero nutrire in vita accepta, vel vitam tueri. Manducare ergo & bibere carnem Christi, & sanguinem eius, quod est iam viuens, aliud Sacramentum continet, quam illud renascentiæ, quod est nondum existentis neque viuens.

XLIII. Sed potuit, aiunt, tumultum facile sedare. Imo, inquam, præuenire: si nihil eorum dixisset, quæ dicta sunt. An propterea nullus fuit? Quemadmodum igitur: non si potuit præuenire non dicendo: id eo non dixit: sic etsi potuerit sedare, ea dicendo, quæ Sophista nugarum, ideo tenebatur dicere, quia nugarum sunt Sophista: quibus nihil est pen-

XLIII. Sextum argumentum eiusdem. Dominus panem suum aliter edendum docet, quam manna. Constat a manna in figura & typo sumptum fuisse, & spiritualiter, per fidem saltem, a bonis manducatum fuisse. Hic ergo non tantum in fide & in figura, sed re ipsa in Sacramento edimus. Alioquin boni Iudaei olim manducantes manna nobiscum in edendo conuenirent, si panis noster tantum figura est.

XLIV. Nusquam fecidius, aut impudentius peccatum. Na quid est? Manna fuisse in figura & typo sumptum? Fuisse spiritualiter per fidem manducatum? Dupliciter omnino dici potuit. Semel, manna manducatum fuisse, ita ut esset alterius rei typus, iterum ita, ut esset alterius signi res significata. Nam hoc modo dicimus corpus Christi in typo panis comedi. Prior sensus admittitur: quem habemus a Paulo: sed non habemus tamen in ista concione: quae opponit manna suo corpori: imo sibi ipsi, tanquam rem rei, non tantquam signu rei. Nam signi & rei similitudo est, qua Christus nullam artingit, sed oppositionem duntaxat, ac proinde dissimilitudine. At alter sensus penitus alienus est a Theologia: nulla enim res aut hic a Christo, aut alias vltquam dicitur typus fuisse huius mannae: ut sic manna ederet in typo: quo modo corpus Christi dicimus.

XLV. Rursus spiritualiter & per fidem edam manna quid est? An sic comedi ut nullus usus fuerit organorum corporis? sed eius usus formaliter & simpliciter fuerit per spiritum, & fidem? Apage absurditatem! Apage delirium! Quis haec tenet tam alte stertit? An potius sic fuisse esitatum corporaliter, ut haberet adiunctam fidem manducantem id quod significabatur per manna? Bero. Quamquam phrasia sit noua: nec usitata inter Theologos. Sed hoc tñ posito, quid sequitur? Comedine corporaliter Christi corpus? Portentū ratiocinationis. Manna edebatur corporaliter, in se, at id quod significabat, spiritualiter & per fidem. At qui panis Christi manducatur aliter. Ergo nō manducatur ipiritualiter per fidem. Deum immortalē, quodnam id genus est impostura? Imo ego contra: Ergo panis Christi manducatur ipiritualiter. Nonne n. longa lataq; est differentia: cum manna per se corporaliter, per aliud spiritu aliter dicitur comedi: At panis iste Christi per se ipiritualiter, per aliud corporaliter?

XLVI. Vosque adeo: vos testes appello Sophista. Na vbi, aut qua concionis parte manna comparatur pani Christi? Nepe cum dictum, Non dedit vobis Moses panem illum caeleste. Et rursus, Patres vestri comederunt manna in deserto & mortui sunt. At qui hic vterq; locus pertinet ad priorē concionis partem, quae de spirituali manducatione tractat. Vin probet? A me iplo non habeo. Ne a veterib. quidem: quorū non tam fuit superstitiosa subtilitas: sed a ruis. Bellarmino, Solū questio est de illis verbis, Panis quem ego dabo caro mea est: & de sequentib. fere ad finē capituli. Cōfiteo, negante agi formaliter nisi de manducatione ipirituali vltq; ad versum 15. Quib. Perieris consentit. At qui haec mannae oppositio superior est illo versu, quem illi designant. Quem tu, Tu ipse Salmero, designasti: Tu, inquam, tam portentosa nunc ratiocinationis autor. Quis hic pudor est? Tam manifeste vobis ipsis repugnare: ut quod dictum sit, non dictum sit tamen? Haecine vestra Theologia est: Tam incaustans? tam vaga? tam nulla lede sedens? Vir animo duplici, inconstans est in omnibus viis suis, Iacob 1.

XLVII. Septimum argumentum vehementissimum, a verbis, Caro mea vere est cibus. Alphonus de Castro. Ecce iam non dicit solum caro mea est cibus: sed ne vilo modo exponi valeat est per significat, addit vere. Nihil clarius aut expressius dici potuit. Quod si caro Christi in Eucharistia tantum est significatiue, & per quandam imaginem, non ergo vere est cib. sed significatiue, aut imaginarie est cibus. Quod bene notabis, lector: nam hic locus pra omnibus aliis maxime aduertarium configit, nostrumq; propositū confirmat: de Bollo. Quid potuit clarius praefari ad ostendendam veram carnis veritatem, & pretiosum sanguinem suum, non figurate, nec metonymice datum esse in cibum & potam, carnem scilicet. à sanguine non seiungens? Nec putandum est, quod particula illa vere sine praedicatione maxima asseritione expressa sit. Habet n. acutam emphasin. Nec Metaphysices peritos latet, ens, res: verum, bonum, terminos esse conuertibiles: adeo quod quicquid vere est, realiter est, & econtra. Apud Latinos hoc aduerbio Vere vti-mur in repugnantiam & contra vanitatem falsi. Sic Gen. 20. Vere soror mea est. Ioseph 7. Vere peccauit. Post. Regum. 5. Vere scio quia non est alius Deus, quam, Deus Israel. Matthaei 14. Vere tu es Filius Dei. Et 27. Vere Filius Dei erat iste. Luca 24. Surrexit Dominus vere. Actorum 12. Scio vere, quia Dominus misit Angelum suum, & liberavit me de manu Herodis. Haec dissertatio est: cuius vim idem de Bollo contraxit ad marginem. Ego paulo distinctius, seruata tamen materia ad vnguem. Quicquid vere manducatur, apud homines constantes corpore & spiritu, idem corpore manducatur. At caro Christi vere manducatur apud homines constantes corpore & spiritu. Ergo caro Christi corpore manducatur. Probatur minor isto syllogismo apud Salmeronem tractat. 22. Tomi 8. Quod vere cibus est, vere manducatur. Sed caro Christi vere cibus est. Igitur caro Christi vere manducatur. Probatur maior à vi particulae Vere. Nam si Christi caro vere cibus est (ait Salmero) & absque parabola, ea est omnino comedenda. Quod enim non parabolice est cib. vtrique re ipsa & ratione aliqua corporea cibus esse iudicatur.

XLVIII. Respondeo in primo syllogismo negari maiorem. Nam, quicquid comeditur spiritualiter, vere comeditur. At quod spiritualiter comeditur, non comeditur corporaliter: Ergo non quicquid comeditur vere: etiam corporaliter comeditur. Probatur maior: quoniam quicquid falso comeditur, profus non comeditur. Ratio in promptu, quoniam ens, res, ve rum, bonum conuertuntur. Assumptio facile constat ex ipsorum aduertariorum consensu. Cumenim doceant priorem partem concionis agere de manducatione ipirituali, tamen nondum quenquam vidi, qui mendacij Christum accusaret.

XLIX. Sed aiunt non potuisse clarius praefari non figurate: non metonymice carnem dandam in cibū, sanguinem in potū. Sed hoc absurdissime dictum est. Na si veritas excludit omnem figuram & metonymiam: ergo omnia figurata & metonymica oportebit esse falsa: quod nondum quisquam dixit. Et sane quid Scripturae fieret, quae veritas est veritatum? Nam in ea figurata esse crederimas, frequentissimas, non est qui neget, nisi cui ne Sol quidem isto meridio luceat.

L. Ea vero exempla sunt in oppositum. Ioan. 1. & τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, E- Tom. IV.

rat lux vera. Et 1. & τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Ego sum vitis vera. Ad Hebr. 8. τὸν ἀγίον λατρεύοντες, καὶ τὸς οὐρανὸς τὸς ἀληθινός, Sanctorum minister, ac tabernaculi veri. In Ioan. 14. Singulis horum nominum apponitur articulus, ὁ ὄρος, ἡ ἰσθμὸς, ἡ γῆ, illa vita, illa veritas, illa vitis: ut intelligimus, non quamlibet vitam, aut veritatem, aut vitam, sed veram illam, & vnicam. Ergo Christus est vera via, Salmero to. 9. tract. 20. Agnus sensibilis in lege, declinabat Christum verum agnum. Et tamen Christum esse lucem, vitam, viam, agnū, aut tabernaculi ministrum, absque vlla figura, vllaue metonymia, non credit vel Choræbus, vt centum asserant Sophistae. Adde ista Nysseni de vita Moysi, ὁ ἀληθινὸς ὄρος ἡ ἀμωστία ἐστίν, Verus serpens peccatum est. Chrylustom. ad Ephesios hom. 20. τὸ ἡδὴ περὶ ἐξ ὕδατος τικτὸν ἡμῶν, αὐτὸ ἀληθινὸν καὶ εὐμα, Quod iam nascitur ex aqua nascitur, verus factus, & corpus.

LI. Itaque de luce Thomas, Quoad nos, qui nomina rebus imponimus ex earum proprietatibus nobis nota: prius inuenitur insensibiliter, videlicet nō me lucis, quod prius impositum est a nobis hoc nomen ad significandum lucem sensibilem, quam intelligibilem: quamuis secundum virtutem prius & verius conueniat spiritualibus, quam sensibilibus. Quae φερεται est tropi. Sic n. sic semper, vt propria dicantur nomina, iis rebus, quibus significantis primo sunt imposita: translata autem, quae ab eo vltimo sumuntur ad secundariū & posteriorem. Cum igitur nomen lucis ab hominibus impositum sit corporali rei: certe non potest applicatum luci spirituali non esse tropicum, Quantumuis ergo Verbum dicatur lux vera: tamen dicitur metaphoricè.

LII. De vite res est manifestior si quid interpretum fides valet. Thomas, Ego sum vitis per quandam similitudinem. Toletus, Per similitudinem, non per substantiam Christus Vitis, sicut & leo, & agnus dicitur. Salmero tractat. 56. to. 9. Ait igitur, Ego sum vitis vera: quatenus Deus & homo sum: vt mediator & redemptor à Deo propositus: non quidem proprie, sed metaphoricè exerceo vitis officium. Ergo, inquam, Christus est vitis vera, metaphoricè.

LIII. Et sane, Vera nomen sic Thomas explicat ibidem, Sciendum, quod verum aliquando diuiditur contra similitudinariū: sicut homo verus, ab homine picto: aliquando à corrupto: sicut acetum à vino, quod est vinum corruptum. Haec ergo quod dicitur, Ego sum vitis vera, accipitur secundo modo, vt discernat se à vite corrupta. Manifesta iam res est. Verum distinguitur aliquando à similitudinario, id est ab eo quod per similitudinem dicitur & tropum, aliquando à corrupto. At si non semper distinguitur à similitudinario: Ergo non semper excludit tropum. Friuolum ergo nunc argumentum aduertariorum. Paulo aliter Salmero: sed non aliene. Quod spiritualia corporeis atq; externis veriora sunt: quia diuiniore & permanentiora: & quod ad rem ipsam attinet, magis illis quadram vocabula. sive nomina: et si ex modo significandi magis ista corporea, ad qua significantia prius sunt imposita denotant. Nota veriora quoad rem, non quoad modum significandi. At qui admodum significandi pertinent tropus & proprietates: non a. ad rem ipsam. Maldonatus in Ioan. 15. Nos multas iam locis docuimus ab effectis veram vitem appellari, quia melius atq; perfectius homines in se per fidem natos nutrit, quam sacramenta sua naturalis vitis: quemadmodum vocatur lux vera, non quod vere lux sit, qualis ista solis est: sed quia melius quam ista homines illuminat: supra, & panem verum & vinum, non quod vere panis sit: non enim vere, sed metaphoricè panis dicitur: sed quia melius quam panis nutrit.

LIV. Vt rous modo recte possunt explicari verba, quibus nunc occupamur. Caro mea vere est cib. excluda, non similitudine, ac proinde tropo: sed corruptione: vt sensus sit: caro mea etsi dicatur cib. per similitudinem ductam à cibo corporeo: tamen eo dissimilis est, quod caro mea non corruptur, vt cibus iste corporis: nam iste perit: illa autem permanet in vita aeternam. Rursus caro mea est vere cib. non ratione significandi: nam haec mutuo sumpta est à cibo corporis, cui prius id nominis impositum est: sed ex re ipsa significata.

LV. Christophorus à sacro bosco capite vno & vicesimo de Eucharistia Sacramento. Quoad illud, quod ipsi nobis ex Euangelio obijciunt, vbi Christus ait, Ego sum vitis vera. Respondeo longe aliud id esse. Nam vera, & vere non eandem significationem habent. Vnde Saluator noster, ne quis putaret eum dicere velle, se in rei veritate vitam esse, non ait, Ego vere sum vitis: sed Ego sum vitis vera.

LVI. Sed ineptum est τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Nam omnino idem est, Caro mea est vere cibus: & caro mea est verus cibus. Item, Ego sum vitis vera: &, Ego sum vere vitis. Nam Cæsar Bulengerus lect. 17. partis contra Tractatum Orthodoxorum, Christus dixit, Ma chair est la vraye viande, & mon sang est le vray brusage. Mentem videlicet exprimens aduerbij vere, per adiectiuum, Mea caro est verus cib. & sanguis meus est verus potus. Idem contra Plesszum c. 3 lib. 4. Possent certiores nos reddere, quam cum dixit, Ceci est mon corps: ma chair est la vraye viande: Hoc est corpus meum: caro mea est verus cib. Katakouski Controu. 4. thel. 4. Apud Ioannem dictum, carnem Christi verum esse cibum, verumq; potum eiusdem esse sanguinem. Et ante omnes Origenes hom. 7. in Numeros, Tunc in enigmate erat manna cib. nunc autem in specie caro Verbi Dei est verus cib. sicut ipse dicit, Quia caro mea vere est cibus. Nonni paraphrasis Ζωὴ πλάσ, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν ἡμεῖς τὸν ἀληθινόν βροτὸν εἶναι ἡ ψυχὴν τὸν ζῶον, Quid est quod dicit? An hoc vult dicere, eum esse verum cibum qui animam seruet? Et quod magis est in textu ipso recitando legit ἀληθινὸς non ἀληθὺς, vt etiam Bahlius in 3. Esaiæ. Maldonatus, Illud ergo ἀληθὺς vere, aut vt Apollinarius in Cathena Græca, & textus ipse Cathena legunt, ἀληθὺς verus est cibus, & verus est potus, non naturam significat, sed effectum. Nempe quia paulo post, Verum igitur cibum, & verum potum vocat, quia vere animas nutrit, & vitam aeternam illis praebet: sicut supra vocauit se panem verum: non vtiq; naturam: neq; n. vere ac proprie, se naturam speciet, panis est: sed effectum, quia vere praestat, quod panis praestare solet, cum ad id fiat, vt vere homines viuunt: & infra vocat se vitam veram: non quod vera sit vitis: sed quod id quod vitis facit, vt sacramenta sua nutriat, multo ipse verius facit. Vbi vides primo promiscue dici vere cibum, & verum cibum: vt omnino necesse sit commentum illud esse discrimen. Deinde collationem cum iisdem phrasibus non tantum cum vite vera: sed etiam cum vero pane caelesti, qui erat nominatus in prior parte, vbi nemo ambiget metaphoricam locutionem esse.

Tertio: negari vere cibum dici natura, & que ac veram vitam. Atqui si nulla metaphora est, necesse est dici panem per naturam. Denique dici panem propter effectum: ut paulo ante legimus in Salmerone.

LVII. Hæc sunt satis: Nunc audite Colonenses in suo Enchiridio, obijcientibus in Eucharistia panem nominari post consecrationem, respondentes, solere Scripturam res quaslibet vocare nominibus earum ex quibus fiant: ut quum dicitur homini, *Quid superbis terra & cinis?* nempe ut efficiant non esse tamen panem in Eucharistia post consecrationem. Hoc igitur posito, *Panis*, inquit, dicitur, quod re vera panis anima sit, & Angelorum, vitam æternam mundo ministrans. En tibi re vera panem etiam post consecrationem: qui tamen non sit panis. Ite nunc Papistæ. Et nobis aduerbium obijcite, tanquam certam demonstrationem, veritatis, realitatis, corporalitatis. An quia multo amplius vere, quã re vera: otiose responsuros exspectabo. In re ea monebo: qui nunc dicit, *Caro mea vere a panis est*, paulo ante dixisse, *Pater meus dat vobis panem de caelo verum*. Certe constat cibum & panem eadem vsurpari notione: itaque habes verum panem & vere cibum. Quid ergo iuuat aucupium sylabarum.

LVIII. Octauum argumentum, Iacobi Suaris sermone 2. sumptum ex his verbis, *Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo propter Patrem: & qui manducat me ipse uiuet propter me*. O mirabilis affectus, & dilectionis signa! quando quidem autor ipse horum mysteriorum id solum in votis habet, ut sicuti propter Patrem uiuit, ita nos propter eum manducatione corporis sacratissimi uiuamus. Verum autem esse inefficari nemo potest, Christum non uiuere propter Patrem per accidentia sola, vel solos effectus, sed per participationem substantiæ, ei ab æterno comunicatæ, cum constet ambos fontem & originem vitæ esse. Itaque ut similitudo ab ipso facta absoluitur, quis in dubium reuocabit assertionem istam, nos scilicet propter eum, & ex eo uiuere debere, per substantialem, non accidentariam manducationem, qualem esse illam, quæ fidei uirtute fieri predicatur, nemo sanus dubitabit; cum fides sit in nobis accidens, quod potest adesse, & abesse? Assentiendum igitur huic ueritati, aut neganda penitus sunt uerba Domini nostri Iesu Christi. Similiter Bulingerus contra Plessaum libri 4. cap. 3. *Quoniam Pater manet in me realiter & actu: ita qui manducant carnem meam uiuunt per me quia realiter & actu manent in eis sicut Pater meus manet in me*. Beaulius, *Inde enim consequens est, sicut Iesus uiuens propter Patrem habet in se non effectus, non accidentia, sed fontem essentialem, imo ipsam substantiam uitæ: sic eum qui ederet corpus Christi, accipere per hanc manducationem, non nudos effectus, charismata, accidentia, & influentias uitæ, sed fontem essentialem, & substantiam uitæ in seipsum*. Forma est; Si Christus uiuit participatione substantiæ, non accidentaria Patris: Ergo & fideles uiuunt participatione Christi corporis substantiæ, non accidentaria.

LIX. Respondeo, substantialem, & accidentariam dici vel propter obiectum, id uidelicet, quod participatur, vel propter rationem participandi. Priori modo, conceditur argumentum: quando quidem sit extra Thefin Nam & nos communicationem spiritualement defendimus esse hunc modo substantialem: ut monuimus, & explicaturi sumus plenius paulo post: id est habere pro obiecto non uillam Christi accidentia: sed ipsam substantiam carnis & sanguinis Christi. Itaque hoc argumentum aut inutile est, aut longe alios petit quam nos.

LX. At altero modo, negatur consequentia. Manifestum est enim Christum non comparare communionem communioni, nisi *ex re*: id est secundum efficaciam, non autem secundum eandem utriusque rationem. Alioquin quid absurdus? Nam ratio secundum quam Christus participat substantiam Patris, primum naturalis est: & ab æterno, ac proinde non accidentaria, quantum spectat personas in Trinitate: secundum est hypostatica, quantum naturas in Christo. At nostra per gratiam: ideoque uere accidentaria: cum possit à nobis abesse, & nobis adesse. Denique communio per quam Christus participat substantiam Patris, non est manducatio, neque unquam sic appellata aut in Scriptura, aut in Patribus: multo minus est oralis, & corporalis. Et uero manducatio præsupponit cibum: cibus nutritionem: id est, causam uitæ: sed extraneam ei qui manducat: sic enim natura fert: At participatio illa substantiæ Patris, non est Filius extrinseca, siue personam spectes, propter unitatem essentialis: siue naturam humanam, propter hypostasin. Cum ergo hæc participatio substantiæ sit intrinseca: At manducatio sit participatio extrinseca: non potest dari, eadem rationem esse participatiois per quam Christus uiuit: & per quam nos uiuimus: Quamquam in hunc effectum concurrant, ut sicut illa filio, sic ista nobis uitæ causa sit. Cuiusmodi analogia est etiam inter cibum spiritualement, & cibum corporalem. Nam Salmero tractatu 22. tom. 8. *Cyrillus ad Eueoptum, diuinitatis inquit, naturam minime edidit: sed in circo cibum dicit, quia pascat animam nostram ad eam similitudinem, quæ cibus pascat corpus nostrum*. Id est, sicut corpus uiuit propter cibum, sic anima uiuit propter diuinitatem. Et tamen non sequitur diuinitatem esse cibum eadem ratione cum cibo corporeo: nam hic editur, at diuinitatis naturam negat edidit Cyrillus. Muta titulos, rem ipsam habes nostram.

LXI. Nonum argumentum ex de Bollo. Cum bis filius Dei dicat se datum carnem suam, semel nobis, & iterum pro nobis: cumque utriusque donatio ita coalescat, ut prioris donationis intelligentia pendeat à sequenti, quia dicit se daturum carnem suam, & eam carnem, quam dabit pro mundi uita, qui absque errore cupit scire, quo pacto prior datio complebitur, animaduertat quo pacto posterior datio completa est. Nonne re ipsa Christus obtulit Patri suo carnem suam usque ad mortem pro mundi uita? Promisit igitur eandem carnem, non spiritu solum, sed per interpositam ipsius rei substantiam, à nobis manducandam: quod uique alibi non sit, quam in Eucharistia Sacramento. Nam quæ ratio patitur, ut priorem dationem à posteriore separemus, cum posterior ideo sit adiecta, ut priorem interpreta retur ac declararet? Hæc ille: & aliquanto plura. Summa est: eodem modo intelligendam utramque dationem. At posteriorem corporaliter. Ergo & priorem.

LXIII. Respondeo, modum dationis indicare vel subiectum, vel formam dandi. Concedo eodem modo intelligendum utramque quod attinet ad subiectum: nempe ut utriusque concipiatur uera caro Christi: quomodo in ipsa su-

stitutione, *Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur*. Sed hoc quid ad re? Non n. confectarium, dari corporaliter, si detur eadem caro. Hoc posterius prolixo concessimus: illud prius constanter negamus. Et docemus exemplo. Nam eadem caro, quæ data est pro mundi uita datur à Patre, in panem celestem: quamuis hanc dationem ipsi Papistæ non aliter concipiant, quã spiritualiter.

LXIII. Ast si formam dandi, negatur maior. Nam et si res eadem detur, tamen datur aliter atque aliter. Vin probem? Secunda datio uisibiliter facta est: non prior. Prior sub specie panis, non posterior. Posterior cruentate: in cruce ante prior. Prior manibus atque ori: minime postea. Non est necesse omnia percurrere. Cur tu me cogas dicere: si posterior datio fuit corporalis: Ergo & prior? Si illa sub propria carnis specie: Ergo & ista? An quia tyrannis quicquid lubet, licet?

LXIV. Sed posterior addita explanationis causa. Cur, inquam magis quã prior? Aut cur non æque licet: Ego daturus sum pro mundi uita, eam carnem, quam dabo uobis: & que ac contra: Ego daturus sum uobis carnem, quam daturus sum pro mundi uita? Nam profecto æque tum temporis utraque pars erat obscura, quia futura: & prior tamen præcellura. Deinde quid tui? Posterior enim pars satis fungitur suo officio, si subiectum, dationis declararet. Itaque nihil obstat, quominus quam substantiam dedit in cruce corporaliter, & non spiritualiter, eandem dicatur de disse Cæna spiritualiter, & non corporaliter.

CAP. VII.

Varia argumenta pro esu corporeo.

I. Argumentum primum, à 6. c. Io. huc usque fuit, admodum prolixum. Transeo nunc ad reliqua. Esto igitur hoc secundum et si uix ordo certus teneri queat. Tomstallus libr. 1. Non in figura, quæ nec uitam habet ipsa nec uili donat, sed in ueritate Christum esuri sunt, qui uiuificantur eius carne edent, quibus ob illum esum uitam æternam dabit, Ita concipio. Nullus esus figuratus uiuificat. At esus carnis Christi non est figuratus.

II. Respondeo, negari maiorem. Negandi ratio: quoniam prior pars concionis Christi, quæ fuit Io. 6. agit tantum de manducatione figurata: concedit etiam Papistis. Nunquid ea non est uiuificata? Beaulius, *Ut nunc accedamus ad eos locos Ioan. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille: Amen, amen dico uobis, qui credit in me habet uitam æternam. Ego sum panis uitæ: qui uenit ad me non esuriat: & qui credit in me nunquam sitiet. Dico, eos omnes intelligi de manducatione in spiritu, secundum mentem & cogitationem*. Viden disertum testem? Figuratum esse eam manducationem, quæ tamen sit uiuificata? Nam profecto panis uitæ, est uiuificus cibus.

III. Occasio Sophismatis est ab homonymia figuræ. Esus figuratus est uel in uerborum tropo: uel in signis uisibilibus. Et hic rutilus geminus, uel coniuinctus cum recitato: uel ab ea seiuinctus. Esus in uerborum tropo, est ille mere spiritualis, significatus per metaphorica uocabula. Alter est per uocabula metonymica, propter relationem signorum ad rem significatam. Sed hic coniuinctus cum rei ueritate, quando quod exterius geritur in figura: perficitur interius in ueritate. Seiuinctus a. quum nihil est præter id quod est exterius. De hoc tertio solo uera maior est. Nam profecto hoc genus manducationis & figuratum est, propter exterius elementum: & inutile imo contraxiosum: quoniam sic manducatur & bibitur iudicium.

IV. Sed primorum duorum longe alia ratio est. Nam de primo, præter eos locos ex priore parte concionis, in quibus habemus apertum consensum aduersariorum: Augustini testimonium disertum est, sæpe reuocatum in memoriam, forte etiam sæpius reuocandum: in Baptismo quemque fidelem fieri participem corporis & sanguinis Domini, & effici membrum Christi, etiam morientem antequam panem edat, calicemque bibat, *Sacramentum enim illius participatione ac beneficio non priuabitur, ait, quando in se hoc quod illud, Sacramentum significat inuenitur*.

V. Secundum autem nemo dubitat esse uiuificum, sed nota uiuificationis rationem esse in coniuñctione utriusque. Pater: nam si figuratum & exterius, cum solum est, & separatim, ab eo quod per fidem, non tantum non est uile, sed etiam noxium: At contra coniuñctum cum eo quod per fidem, non tantum non est noxium: sed etiam uiuificum: Augustini. serm. 2. de uerbis Apostoli, *Tunc autem hoc erit id est, uita unicuique erit cor, us & sanguis Christi, si quod in Sacramento uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritualiter manducatur & bibitur*. Non potest negari: quin utilitatis ratio sit in eo quod est per fidem? Sic enim, cum obseruatum, corpus absque anima mortuum esse, at cum anima uiuum: certa ueritas habetur, rationem uiuenti esse in anima. Itaque si uerum, externum hunc esum uiuificum propter internum: consequens est, internum ipsum multo magis esse uiuificum. Et communi notione: Propter quod quidquid tale, id ipsum esse magis tale.

VI. Est & alia ratio. Nam si nullus esus figuratus esset uiuificus: Ergo beatarum animarum in caelis esus non esset uiuificus. Nam illa profecto edunt figurate. Psalmo decimo septimo, *Ego in iustitia uidebo faciem tuam: satiabar cum experges facta fuerit imago tua*. Si satiatur: & manducant At figurate. Non enim, puto, per instrumenta corporea. Lorin. *Beatitudo sæpenumero accommodata ad eas uoluptates, quas gustando tantum facimus homines: nominibus describitur, uerbisque similem quendam designantibus, ut prandij, cæna, nuptiarum, manducandi panem in regno Dei: edendi, & bibendi super mensam, in regno Christi*.

VII. Argumentum tertium eiusdem Tomstalli. Verba ipsa Luca 22. manifeste testantur Christum corpus suum non in figura solum, nec in sola significatione, sed ipsum naturale corpus suum, uere in mysterio presentem bibendum, ea ueritate potuisse, qua illud idem corpus in ara crucis pro nostra redemptione in morte dedit: & qua uitalem uiuificumque sanguinem suum in remissionem peccatorum nostrorum effudit. Hoc enim corpus

corpus manducamus, de quo dixit Christus quod pro vobis datur: & hunc sanguinem bibimus, de quo ille dixit, qui pro vobis effunditur.

V. H. Facilis soluta nodus. Veritas alia rei: alia modi. Illa concludit corpus & sanguinem tam vere dari manducandum, bibendumque, quam verum mortem Christus est datus. Hæc autem, dari manducandum eodem modo, quo crucifigendum. De priori conceditur vniuersum argumentum Nonne sumus protestari sic credere: De altera a. constans contradictio est. Certe visibiliter traditus est in crucem Christus: An etiam visibiliter manducatur? Non igitur eodem modo.

X. Et quia hæc omnia dicuntur in eum finem vt concludatur corporalis modus, oppositus spirituali: vide quam longe ab iis recesserit Aug. qui in veritate, & spiritualiter pro eodem sumat. In Ioannem tract. 27. Vnde qui in Christo non manet, & in quo non manet Christus, spiritualiter & in veritate carne ipsius non manducat. Sermo 2. de verbis Apostoli, Tunc vnicuique vna erit corpus & sanguis Christi, si quod in Sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducatur & bibit.

X. Aclane legis Ioannis sexto, Cibus qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Pater meus dat vobis panem de caelo verum. Et hæc omnia de cibo figurato: sunt enim in priore concionis parte. Quid ergo: falfone daturus se promittit Christus? An potius in veritate? Absit vero quisquam Christum Christianus mendacem faciat. Nam de Patre vero quis opus dicere? Ille dabat panem cælestem: sed & dicitur Quid? & dicitur non dicitur? Monstrum. Nam panis non vere datur, falso datur: id est non datur. At si non datur, non accipitur. Si non accipitur, non dat vitam mundo. At ille dat vitam mundo, teste Christo: Ergo accipiebatur: si accipiebatur, ergo dabatur: si dabatur, ergo vere dabatur: id est in veritate. Quare dari in veritate, & tamen dari manducandum non corporaliter, non opponuntur inter se.

XI. Quartum eiusdem. Nihil omnino manducari potest, quod non sit corporale: spiritus enim solus esibilis non est: nec corpus & sanguinem habet, sicut me videtis habere. Christus ideo, qui Verbum caro factus est, aperit dicit, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus: vt corpus eius spirituale a fidelibus, & sanguis eius spiritualis bibi in perpetuum suæ passio nis mortis, & resurrectionis monumentum, posterita quod neque spiritus sine corpore, nec corpus sine spiritu sumeretur.

XII. Itane? Et hæc tandem decrepita mundi senectus debet ediscere, quicquid quouis modo manducetur, esse corporale? Quid ergo futurum est animæ Christi? Quid Christi Deitati? Suntne illæ corporeæ? Nisi forte nullo modo comedantur, ne per concomitantiam quidem: quæ tamen apostolus vt corculum suum amat. Sed illi viderint. Ego non putem tanti, Sed n argumentum ita est: quicquid editur est corporale: at Christi corpus editur in Sacramento. Ergo Christi corpus est corporale. Grande Sophisticæ operæ pretium! Immane est dicitur, Christi corpus esse corporale! At qui, nator, aliud oportuit. Quicquid est corporale editur corporaliter: at corpus Christi in Eucharistia, est corporale: Ergo editur corporaliter. Conclufus quod erat in questione: hoc saltem nomine non ineptus.

XIII. Nos maiorē rideremus: qui scimus primum multa esse corporalia quæ nunquā edantur, aut edenda sint, vt Cælum, Solem, Lunā, terram: & quæcunq; bibuntur, aquam, vinum, alia: deinde quædam esse corporalia, quæ edantur non corporaliter: atq; adeo corpus ipsum Christi: saltem confitentibus Sophistis, extra Eucharistiā Quid tu ergo dicturus fuisses Tõstal le, si tibi argutus Sophista hoc obiecit. Quicquid est corporale, editur corporaliter: At corpus Christi extra Eucharistiā est corporale: Ergo corpus Christi extra Eucharistiā editur corporaliter? Nam profecto cum pronuntiauit Christus: ossa sibi esse & carnē, non agebat Eucharistiæ negotiū. Quid, inquam, tibi fuisset animi? Nam nobis idem quod nunc. Negauimus tibi, negaremus illis maiorem: & diceremus contra Corpus Christi extra Eucharistiā editur non corporaliter. At corpus Christi extra Eucharistiā est corporale. Ergo aliquid corporale editur non corporaliter. Maiorem habemus certam non à Catholicis tantum, sed à Sophistis etiam tuis. Minorem tu ipse confirmas ex Euangelio.

XIV. Quartum esto Dedehi discursu 14. Aduersarij tam pertinaciter hærent manducationi suæ Sacramentali spiritualique per fidem, vt non possint attendere corporali & miraculosæ, quam nos Catholice tenemus: à qua refert anima vitam æternam: corpus etiam accipit suam resurrectionem. Ambo n. egebant sua redemptione: quandoquidem ambo erant per peccatum obnoxia damnationi mortis & inferni, sub perpetuo tyranni de Saranæ. Forma hæc est, Si tam eget redemptione corpus quam anima. Ergo tam eget manducatione carnis Christi, corpus, quam anima.

XV. Respondeo, facile concedi eger manducatione carnis Christi tam corpus quam animam hominis. Cui n. ignotum illud Io. 6. Amen, amen dico vobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis? Sed hoc constituto, restat querendum, vtrum indigeant manducatione vna communi: an vtrumq; sua propria: vt scilicet anima seorsim a corpore: & corpus seorsim ab anima carnem illam comedat. Negamus nos sane vtrique suam esse seorsim necessariam: quod velle videretur Sophista: cum non possit aliter concludere suam manducationem corporalem.

XVI. Etenim scimus vnam communem sufficere: vt exempli gratia, ad hanc vitam sustinendam, necessarius est tum animæ tum corpori (ex quibus vnjta vita hæc constat) esus panis. At non tamen vt geminetur actus edendi, vt seorsim anima panem edat sibi: seorsim corpus sibi. Sed eadem illa actione, qua corpus comedit panem, effici vitam hanc corporis & animæ propter arctissimam vnionem. Similiter ergo cum agitur de vita spirituali sufficere dicimus tum animæ tum corpori vnam communem manducationem, quæ fiat ab anima: quæ sibi ipsa peculiariter non est victura, sed etiam corpori suo communicatura vitam eandem.

XVII. Confirmatur facile: quoniam alioquin nullum corpus suscitandum esset olum, nisi cui communicata esset Eucharistia. Quid falsum. Nam Christus dixit Ioannis 6. Hæc est voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: ego suscitabo eum vltimo illo die. Et dixit tam cum ageret de spirituali manducatione per fidem. Quis nunc neget à spirituali manducatione consequi non tantum

vitam animæ, sed etiam corporis resurrectionem? Nam certe resurrectio non potest vel cogitari sine corpore. Cyrillus in ea verba, Filius accipiens, quasi ignis scintillas, viuificantis spiritus virtutem, ac sus natura bonum sic in eis immittit, vt ad immortalitatem totum hominem transformet. Toletus, Resurrectionis meminit, quia dixerat se esse panem vitam æternam, ne forsitan arbitraretur non esse morituros credentes in eum, & panem hunc manducantes: aut dum se morituros arbitrantur, sententia veritatem non recipiant: propterea exposuit morituros quidem corpore credentes, & panem hunc accipientes: sed huius panis virtute ad vitam æternam reuocandos. Attende huius panis virtute, cum tamen manifeste ageret de pane spirituali.

XVIII. Quintum Bellarmini ex c. 13. primi de Eucharistia. Prioris ad Corinthios 11. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Vbi reprehenduntur quidam, quod indigne recipiant corpus Christi, & inde dicuntur non vitam, sed iudicium haurire. Ast isti non recipiunt spiritu, & fide corpus Christi, quia vtiliter recipient, si ita recipient. Ergo recipiunt solo corpore. Idem argumentum est apud Iansonium 4. Liturgicon c. 1.

XIX. Respondeo, hoc argumentum proprie pertinere ad alium locum de manducatione indigna: vbi plenius Deo dante discutiendum erit. Nunc breuiter, nego antecedens. Nam Pauli verba sunt, Probet autem quisque seipsum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat: nā qui edit & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Quorum constructio hæc est: Nam qui edit de pane illo, & bibit de poculo illo. Itaque non dixit Paulus quenquam edere indigne corpus Christi: vt voluit Bellarmin. confidentius quam verius. Nos concedimus de pane illo, & poculo edere & bibere alios quidem digne, alios vero indigne: sed de corpore Domini nunc negamus, alias prolixius exposuimus.

XX. Sextum eiusdem capite duodecimo: ex prioris ad Corinth. 10. & istis verbis, Communicatio sanguinis Domini: communicatio corporis Domini. Probat tribus argumentis significari corporaliter, realiter, proprie sumi carnem, & sanguinem. Primo, quia sensus proprius, & literalis semper est eligendus, nisi euidenter probetur contrarium. Secundo, quia sic exposuerunt Veteres Sancti, ac præsertim Chrysostomus, quem alij sequuntur, homilia 20. in eam Epistolam, Horum verborum hæc sententia est, quod est in calice, id est quod a latere fluxit, & illius sumus participes. Tertio, ex intentione & proposito Apostoli, quod erat auertere Corinthios à sacrificiis Gentilium, & elu carnium immolarum: ostendendo mensam, & sacrificium longe præstantius, quo frui possunt. Sed si vera caro, & verus sanguis non est in altari, sed tantum figura & signum, non magis mouebit oratio Apostoli, quam moueret, qui personæ amaræ offerret vestem sericam depictam, vt eam auerteret a veste serica vera concupiscenda.

XXI. Respondeo, his Pauli verbis nullam contineri communionem corporalem, propriam, sed tantum veram, & eatenus realem, id est, rei ipsius, quæ est corpus: & sanguis Christi: de quibus dictum, Hoc est corpus meum in hoc, hoc est sanguis meus.

XXII. Prima probatio crebra est repetitio: præterea nihil. Nobis enim alias dictum, esse euidentes causas, quæ cogant à proprietate recedere verbi communicandi, si tamen hæc ipla corporalitatem inferret: quod ego qui dem nunquam concesserim. Etenim ad Gala. 2. Dexteras dederunt mihi & Barnabæ & societas. Ad Philippenf. 4. simul communicantes tribulationi meæ: His inquam, locis, nulla corporalis societas fuit. Nam Paulo Barnabæque cum reliquis Apostolis tantum eiusdem muneris. Philippenfes autem, non erant implicati proprie iisdem tribulationibus cum Paulo: nisi quatenus communia facit caritas, quæ re vera sunt propria. Illustriora sunt ista: & ad Gal. 2. & ad Phil. 4. Communicatio Sancti Spiritus. Ad Philippenf. primo, Super communicatione vestra in Euangelio. Ad Philemonem, Communicatio fidei tus. Certe neque spiritus, neque Euangelium, neque fides communicari possunt corporaliter. Itaque necesse est aliquam esse communionem spiritualem. Cur ergo proprietatem Bellarmin. vrget.

XXIII. In secunda probatione falsum est, quenquam Veterum interpretatum esse communionem corporis corporaliter, quod imus probatum suo loco. Sed certe Chrysostomus qui hic citatur tanquam eximus, & ex omnibus certo consilio delectus, nihil habet eiusmodi. Vere dixit, id quod est in calice, esse id quod a latere fluxit: Quod quis neget? qui audierit à Christo, Hoc est sanguis meus, qui pro vobis effundetur? Dixit, illius nos esse participes. Et dixit, autore Paulo: sed non magis dixit corporaliter participes, quam Paulus ipse. Cur impostorem agit Bellarminus?

XXIV. In tertia probatione constat ex sola lectione, velle Apostolum auertere Corinthios à communionem idolorum. Constat in eam rem proponere communionem corporis & sanguinis Domini. Et hanc communionem esse aliquid præstantius: Sed inde argumentum ab Apostolo sumi, non constat. Nam videtur ab oppositione potius, quæ post exprimitur diserte, Non potestis poculum Domini bibere, & poculum demoniorum. Et ita Chrysostomus, Nos quoque ad calicem recedentes ineffabilia Dei beneficia, & quæcumque sumus adepti, ita ipsum offerimus, & communicamus, gratias agentes, quod ab errore liberari hominum genus: quod cum longe essemus prope fecerit. Et paulo post, Quomodo ergo non contraria, inquit, facitis, o Corinthij. Deo quidem benedicentes, quod vos liberari ab idolis, rursus autem ad illorum mensas currentes. Salmeron, Vos ipsi iudicate, num scilicet verum sit quod dico. Indignum est n. vos cum impijs societatem inire, vt in vnum coalescat corpus. Paulo post, Sensus ergo est, Vos estis ex corpore Christi membra eius corporis, & sanguinis eiusdem participes: dedit ergo vos, vt ad corpus Diaboli vos adiungatis. Ac sane, qui nihil cogitat nisi comparationem secundum plus & minus, prorsus necitios fuccidit argumentationi Paulinæ. Sed nunc quidem haud multum interest.

XXV. Illud maioris momenti: Nihil Paulum concludere, si vera caro, & verus sanguis non sit in altari. Scilicet corporaliter: sic enim proposuit: & nos repetimus: quod ille vafre proculdubio neglexit reperere: vt exigua declinatione magnam imposturam faciat. Sed nos negamus nihil actum fore Paulo, si corpus lem manducationem somniarit. Facile iudicium à simili. Voluit Christus ludæos abducere à nimia cura cibi corporalis, ex opposita comparatione cibi manentis in vitam æternam. Negasne vllam vim fuisse argumenti, nisi cibum corporalem diceret? Atqui vos ipsi

fatemini, Papistæ; dixisse cibum mere spiritualement. Cur Paulo minus videretur, à Christi communionem spirituali aduersus communionem dæmonum.

XXVI. Sed non moueret, qui concupiscenti vestem sericam veram, offerret pictam: Ineptè dictum. Bellarmine. Nam primo, qui communicabant dæmonibus, non possunt comparari concupiscentibus vestem sericam. Deinde cur pictæ vesti comparas communionem spiritualement Christi? Ergone aliud nihil Christus habuit in animo quam vestem pictam pro vera, cum dixit, *Pater meus dat vobis panem illum vere caelestem*? Vide ineptiam. Māducaionem spiritualement dicit vestem pictam: corporalem, verā: & tamen corporalem sine spirituali inutilem. Itane, o populares! vestem veram inutilem esse absque veste picta: Hoc vobis verum: hoc vobis sanū videbitur? At tu, Sophista, audi: In Eucharistia communicatio est corporis & sanguinis: sed neutrius pictissimo veri: quod toties puderet iterare, nisi vos non puderet toties oppositam calumniam repetere. Sed communicatio panis & vini, est quædam quasi picta communicatio eius corporis & sanguinis. Nescis distinguere? Quid ad nos? aut cur in nobis faba cadatur: Tu aut tace: aut quod nescis, discito.

XXVII. Humblorus sic maluit in replica ad primam Chimæram. Quæ communicatio est corporis & sanguinis Iesu Christi, dat, exhibetque in præsentem id corpus, eumque sanguinem: At fractio panis, & benedictio calicis, est communicatio corporis & sanguinis Iesu Christi: Ergo dat, & exhibet in præsentem id corpus, eumque sanguinem.

XXVIII. Respondeo, prolixè concedi omnia. Sed negari omnem exhibitionem in præsentem, esse corporalem, & non figuratam. Certe Christus dixit, *Pater meus dat vobis panem illum vere caelestem*. Audiuisti Sophista? Pater dat, An qui dat, non exhibet in præsentem? Nam in præteritum, dedit: in futurum, dabit. At Christus in præsentem, dat: Omnino igitur exhibebat præsentem. An etiam corporaliter? Negant omnes tui: qui de spirituali cibo interpretantur. Nempe igitur dare in præsentem, opponitur non esui metaphorice dicto: sed non efficaci: aut si efficaci, saltem in futurum, seclusa præsentem energia.

XXIX. Septimum argumentum Ianfonij cap. II. quarti Liturgicon: Si Eucharistia, siue Sacramentum Cœnæ Dominicæ, saltem ob spiritualement præsentiam, est corpus & sanguis Christi: consequitur quotiescunque illud ore manducatur, etiam corpus Christi ore manducari. Sicut ex eo quod Christus in membris suis cum effectu dictæ vnionis præsentiam spirituali est, dicitur ipse in pauperibus vestiri, cibari, potari, pati persequutionem, & reliqua. Quod quandoquidem nulla possit ratione negari, cum corpus Christi in Eucharistia sit substantialiter præsentem, tanto grauiore ratione dicitur corpus Christi in Eucharistia manducari ore, quanto magis ibi est, vbi substantialiter est.

XXX. Nugæ in perpetuo vocabulorum lusu. Certe caro Christi in Eucharistia manducatur ore. Et sic ferme perpetuo Patres non verentur loqui: nec nos indignamur confiteri. Sed proprie manducari, hoc vero est quod negamus. Nam id proprie manducatur, quod non tantum ore sumitur, sed etiam per se: At non quod per aliud. Exempli gratia: Paulus dixit iudicium siue condemnationem manducari, cum quis panem manducatur indigne. Certe si panis ore manducatur: etiam condemnationem manducatur ore. Sed hoc in proprie. Minime vero: quia non in se, sed in pane. Simili ratione dico, cum panis sit corpus Christi: & panis edatur ore: etiam corpus edi ore: Sed quia edatur non per se, sed in pane, ideo nego corpus Christi proprie edi ore. Nimirum quomodo panis est corpus Christi, eo modo corpus editur ore: videlicet in proprie.

XXXI. Id ipsum patet ex ipso illo exemplo pauperum & Christi, Christus dicitur vestiri, cum eius pauperes vestiuntur. Lana utique, Quid ergo? Estne quisquam adeo delirus, vt Christum regnantem in cœlis dicat proprie lana vestiri? Sed imputat sibi factum, quod tamen non est factum. Augustinus de Ciuitate Dei libri 17. cap. 9. *Christi ipsius, qui est caput Ecclesiæ, non possent inueniri vlla peccata, qua opus esset humanis correptionibus seruata misericordia diuinitus coerceri: Sed in eius corpore ac membris, quod populus eius est. Idem in libro Regnorum iniquitas eius dicitur, in Psalmo autem filiorum eius. Vt intelligamus de ipso dici quodammodo, quod de eius corpore dicitur: propter quod etiam ipse de cœlo, cum corpus eius, quod sunt fideles eius, Saulus persequeretur, Saul se, inquit, Saul, quid me persequeris? Recte: Christum persequeretur Saulus: sed in membris eius: Itaque quod de Christo sic dicitur, non absolute, sed quodammodo dicitur, id est, in proprie. Eadem sane ratio esto corporis & sanguinis Christi: vt ore sumantur, sed in pane & vino: ideoque non proprie, sed quodammodo. Non inuidebimus.*

XXXII. Octauum argumentum Petri de Bollo. Sedulo obseruandum est, hostiam pacificam & pro peccato atque delicto, non solum spiritu, sed etiam corpore, partim à Sacerdotibus, ac Leuitis, partim ab offerentibus, atque adstantibus, manducari solitam esse. Quando ergo Christus, ait, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Accipite, & comedite*, significabat ad manducandum ipsum esse, quod offerre debebat Deo in sacrificio cruento. Hęc illa, subtriciens consequens: Ergo id corpus debet non tantum spiritu, sed etiam corpore comedi.

XXXIII. Respondeo primum, nunquam dictum hostiam illam pacificam manducatam spiritualiter à quoquam, sed tantum corporaliter. Itaque negari consequentiam. Enimvero si consequens est, corporaliter comedendum corpus Christi, quoniam illa hostia sic comedebatur: similiter consequens erit corpus Christi non esse comedendum spiritualiter: quoniam neque illam hostiam. Atqui hoc falsissimum, vel confessione Papistarum. Ergo & illud.

XXXIV. Sed potissima negandi ratio, quod *immutabilis* hostia nominetur. Videlicet altera significans, altera significata. Atqui non est verum eadem ratione vtramque percipi: sed aliter, atque aliter. Non sequitur, si agnus torrebatur, etiam Christum corpus debuisse torreri. Non sequitur, si hostia festiuitate distribuebatur, etiam Christi corpus secari in frustra. Et multa similiter. Vin' discrimen manifestum? Nulla bestia edebatur nisi post peractam immolationem: At corpus Christi fuit manducatum pridie, quam immolaretur. Rursus, nulla hostia fuit vnquam manducata seculis, aut etiam a nris integris post immolationem. At hæc ad usque finem mundi. Quid igitur iurat *ἀπὸ τοῦ εἰδῆ*?

XXXV. Denique Aug. *Non hoc corpus, quod videtis, manducatur estis: neque bibitur sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifigent*. Vide non bibendum sanguinem illum qui suffus est: Ergo neque manducandam carnem, quæ crucifixa. Non igitur edendum de ipsa hostia. Quomodo Aug. alibi, de ea hostia secundum se non licere edere.

XXXVI. Nonum argumentum Petri Aurati paradoxo 29. Comedit Adam ex ligui fructu prohibito, quo factum est, vt tam ipse, quam omnis eorum posteritas, mortis incurreret sententiam. Quamobrem æquum fuit, vt si ad vitam vnquam reuocandi forent, id fieret per alterius ligni fructum quem etiam essent comesturi. Is vero fructus alius non est, quam ligni crucis, Christus ipse. Quare consecrati sunt, vt sicut Adam olim corporalis mortis fructum ederat, ita & nos quoque corporaliter hunc vitam fructum edamus, quo restitumur.

XXXVII. Conceditur prima consequentia: si ex elu fructus veriti perierunt homines: Ergo comedendum esse fructum crucis, vt restituantur. Sic enim docuit Christus discretissime, Io. 6. *Nisi ederitis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis*. Sed negatur alterum consequens, si Adamus edere corporaliter, etiam nos debere. Nam vnde id habet? At nos contrarium ab experimento. Nam Adam ipse restitutus est vita: & tamen nunquam fructum hunc crucis edit corporaliter. Nec Adamus tantum, sed etiam omnes Patres sub Veteri Testamento. Quid hos dico? Etiam in Nouo Testamento plurimos credimus: imo Papistæ credunt ipsi plurimos seruari, qui tamē hac corporali manducatione nunquam vtantur. Alioquin vsus Eucharistiæ esset absolute necessarius, quod nunquam illi datur sunt. Denique Christus *Panis ille Dei is est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo*. Vbi tamen concedunt sermonem esse de manducatione spirituali: quod & Auratus discrete posuit. De hoc igitur pane spirituali, non corporaliter, sed spiritualiter māducat, certi sumus eum dare vitam mundo, id est, iis, qui propter corporalem manducationem fructus veriti perierant.

XXXVIII. Decimum Edmundi Augerij artic. 1. cap. 2. Fieri non potest (de iis si sermo sit, qui possunt & tenentur) vt hauriatur vita æterna, gloriaque secundum corpus, ex carne Christi, si non comedatur actu, atque in propria substantia corporali: Haud magis quam corpus nostrum haurire vitam corporalem ex spiritu, nisi actu vnito coniunctoque.

XXXIX. Non bene argumentum percipio. Nam quorsum illa pertinet restrictio? An vt sic intelligamus: Nemo obligatus, & potens actu percipere in propria substantia corporali carnem Christi: potest percipere ex ea carne vitam æternam, nisi actu percipiat eius substantiam carnalem? Atqui *ἀδολογία* est puerilis: vt si dies est, dies est. Quasi dicas: Nemo obligatus non occidere potest habere vitam æternam, nisi non occidat. In hoc a. sophismate, non opus est immoran. An igitur potius hoc modo, Nemo obligatus & potens percipere vitam æternam: potest eā obtinere, nisi actu sumat corporalem substantiam carnis Christi? Manifestum mendacium est. Nam omnes homines tenentur, & possunt percipere vitam æternam: Et tamen hanc multi obtinent, qui tamen eius carnis substantiam corporalem non capiunt: alioquin manducatio spiritualis non esset saluifica: quod ne Papistæ quidem dixerint.

CAP. VIII.

De Vnionem Christianam.

I. Prolixius argumentum huc reseruauimus ab vnionem Christianorum cum corpore Christi: Hanc Beaulius distinguit in substantialem, & non substantialem. Illam duarum substantiarum vnionem se vniam alteri. Hanc esse spiritualement, rursus geminam: vniam per actiones intellectus, cognoscentis, contemplantis credentis, siue intelligentis aliquid à se distitum, distansque: alteram, quæ dici queat vnio affectus, per voluntatem, quum absentem & procul positum amamus, desideramus, speramusque in eum: & si quid est simile. Porro vnionem quæ sit in Eucharistia, esse primi generis, id est, substantialem: quoniam corpus & Christi substantiæ sint: vt & corpora nostra, nostræque animæ.

II. Sed in eo sophistica distinctio est. Nam nos vnionem concedimus esse substantialem, consideratis videlicet rebus vnitis. Vere enim dictum est has substantias esse, videlicet hinc corpus & sanguinem Christi: illinc corpora, atque animas nostras. Cæterum substantiales opponendam fuisse accidentalem: videlicet cum terminorum saltem alter est accidens: cuiusmodi sententia est, qui nihil in Eucharistia dari dicunt præter beneficia in nos à Christo redundantia: quæ partes nobis nunquam placuerunt. Reiecta igitur hac accidentali vnionem, substantialem admittimus. Sed addimus hanc ipsam distinguendam ex ratione vnionem in spiritualement & corporalem. Illam quæ per fidem, id est, per actiones intellectus & voluntatis: non enim discernimus in duas. Alteram quæ per organa corpora.

III. Et quia Papistæ non sint contenti illa spirituali, quam nos paulo post latius imus explicatum, ideo huius questionis statum recte posuimus, hunc esse: vtrum substantia corporis Christi vniamur, siue corpori, siue animæ nostræ per modum corporalem, siue vt diximus, per organa corporis, inter quæ etiam locus est. Illorum affirmantium hæc inueni argumenta.

IV. Primum Humblori in nullitate primæ Chimære. Quodcunque nutrit animam quomodo panis & vinum nutriunt corpus: debet sua substantia contingere substantiam animæ: aut ad eam accedere. At corpus & sanguis Christi nutriunt quomodo panis & vinum nutriunt corpus: Ergo corpus & sanguis Iesu Christi debet sua substantia contingere substantiam animæ, vel ad eam accedere. Probat maiorem. Quod donat substantiam suam animæ, eamque huic coniungit nutriendæ, debet substantia sua contingere vel accedere ad substantiam animæ: At quicquid nutrit animam, sicut panis & vinum nutriunt corpus, donat substantiam suam animæ, eiq; coniungit nutriendæ: Ergo quod nutrit animam, sicut panis & vinum nutriunt corpus, debet sua substantia contingere substantiam animæ, aut ad eam accedere.

carnis Adami formata est, aut ad eam peruenit tantum spiritualis nescio quis influxus: neque propter fidem aut per eam aliquam desumptam perfectionem, sine carnis substantia potuit haberi & reputari os & caro de ossibus ac carne Adami.

XX. Sed primum: unde habet comparationem fieri tantum cum matrimonio illo primo Adami & Eua? Nā si hoc verum: ergo nec in quouis coniugatos Paulus alloquitur, aut ridicule alloquitur. Nā in quibus non sint eadē causae horridiculae est hortari argumento ducto ab iis causis. Atqui ea causa non sunt in viliis coniugatis praeter Adamum & Eua. Et tamen Apostolus quoslibet coniugatos hortatur. Quid ergo? Ridiculumne malimus esse Paulum, ut Papistas gratificemur? & horum *anxiosius* adorare, quam illius *idola* venerari? Papistae faciant, bruta pecora: & prona in somnia. Nos aliter quibus os sublime datum, caelumque rueri iustum.

XXI. Praeterea condonetur etiam ab illo solo coniugio ductam esse comparationem. Quid tum? Scilicet illud egregium acumen est: sicut Eua ab Adamo carnem suscepit: ita nos à Christo. Quam carnem, Deus bone? Illamne qua constat natura humana? Monstrum somnii. Nam contra non nos à Christo, sed Christus à nobis carnem suscepit. Theophylactus: *In ea forma, qua & visus & cognitus est, carnis nostrae & sanguinis particeps fuit.* Scilicet à Christo Maria suam habuit: potius quam à Maria Christus. Quid multo opus? Nam ipsum se sua absurditate commentum prodit: Sumus corporei per carnem: non per carnem sumus Christiani: & ante sumus corporei, quam Christiani: multi etiam pergunt esse corporei, postquam desierunt esse Christiani. Nec vero unquam mihi persuaserim hanc carnem cogitaram à Sancto: etsi mereatur eius in disputando inhumanitas, ut nihil humani à nobis speret.

XXII. Sed hac omissa carne: quam illi quāso mentem fuisse dicemus? Vt Eua sumpsit ab Adamo carnem ad formationem, sic nos ad reformationem à Christo. Atqui, o bone, Eua sumpsit carnem, qua subsisteret post formationem. Cuiusquam Theologo dictum nos parte subsistere, qua reformamur: Nisi forte reformationem nouo more dicat resurrectionem. Absurde. Quae n. per resurrectionem caro reformatur, ea est, quam habuimus non à Christo, sed à parentibus. Tum a. de resurrectione nullus hic Apostolo sermo, sed de praesenti fomento Ecclesiae.

XXIII. Demique condonato catachresin importunissimam: & quod nunquam haecenus factum, dato id quod in nobis Christus efficit reformationem, carnem dici. At certe reformatio, renouatio est. Renouatio autem mentis, teste Paulo ad Ephes. 4. *Renouari spiritu mentis vestrae.* Quid ergo? Ludit nos Sophista vocabuli sono inani. Nam haec caro, si carnem placet abusive dicere, non caro est: sed spiritus mentis. Atqui spiritus mentis non renouatur corporaliter: nihilo certe magis quam caro generatur spiritualiter. Itaque manifeste absurda consequentia: ut alias saepe obie rauimus, abuti Sophistas comparationibus quasi infinita essent aequalitatis.

XXIV. Secundum caput erat propositum. Comparatio parium coniunctionum: Ergo Veteres, inquit, illam vnionem nostri cum Christo conferunt, eum vnitate quam habet Filius Dei cum Patre; & cum vnitate quam habet humana natura in Christo cum Diuinitate. Catholici enim & Arriani consentiebant eadem vnitate, licet impari, Patrem & Filium vnum dici, qua nos cum Christo vnum censeremur. At Arriani subiungebant eum Christo solius voluntatis, fidei, & caritatis spirituali vinculo nos conlocari: ac proinde non aliam vnitatem in Patre & Filio conquirendam. Catholici retorquent responsum in autores, grauissimeque disputant in nobis manere Christum corporaliter, carnaliter, naturaliter, secundum veritatem naturae, & carnis: ut nos in ipso manemus eodem pacto per eius incarnationem, quia scribitur, *Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo:* Ita ut oporteat eius carnem nostrae conglutinari, sicut nostra caro eius diuinitati conglutinatur: & ex eo sequi, non solum spiritalem vnitatem inter eius naturam & Patris, sed realem, naturalem, substantialem. Cyrillus quoque testatur Christum secundum carnem vitam esse, & nos palantes secundum eandem: vitam carnaliter ab ipso pendeamus, & ipsius carni adhaereamus. Quapropter nec vera incarnatio Christi & realis, nec vnio Patris & Filij in substantia defendi inuicem potest, quin prius stabiliatur corporalis nostra cum Christi carne coniunctio. Vis argumenti. Similis est vnio nostri cum Christo, vnio Filij cum Patre: & vnio Diuinitatis cum humanitate in Christo: At haec sunt substantiales, & naturales: Ergo & illa.

XXV. Respondeo negari consequentiam: cuius nullum aliud fundamentum sit, quam id quod iam diximus de abusu comparationum. Vt si dicam, similes sunt Angeli Sanctis in resurrectione. At Sancti in resurrectione ne habebunt vera corpora: Ergo Angeli in resurrectione habebunt vera corpora. Prima propositio constat ex reciprocatione. Nam si Sancti futuri sunt similes Angelis: Ergo & Angeli Sanctis. Altera patet ex resurrectionis veritate. Et tamen conclusio est absurda. Quid est? Nimirum vitiosa syllogismi forma aliud concludens quam oportuit. Fuit enim dicendum: Ergo Angeli futuri sunt similes Sanctis qui habituri sunt vera corpora. Eadem hic ratio est. Similis est vnio nostri cum Christo, vnio illi vnio & Patris cum Filio: & humanitatis cum Deitate. Nihil verius. At haec vniones sunt substantiales & naturales. Anathema negantibus. Ergo nostra vnio est substantialis, & naturalis. Incepte dictum: Nam oportuit, ergo nostra vnio cum Christo est similis vnioi substantiali & naturali.

XXVI. Quamquam non memini legisse vnionem nostri cum Christo comparatam, à quoquam vnioi naturarum in Christo. Neque vero vllos à Patribus. Locos recitauit aut Sanctus, aut quisquam alius in eam rem. Comparatam video vnioi Filij cum Patre, quae de re multa verba sunt Hilarij & Cyrilli Alexandrini: sed non debuit hac occasione Sanctus vnionem hypostaticam nominare.

XXVII. Fateor dictum Patribus, vnionem nostram cum Christo esse naturalem: forte etiam substantialem, quamquam id vocabuli non legam. Fateor dictum, corporaliter in nobis manere Christum. Fateor iis phrasibus probandis argumentum sumi à manducatione corporis & sanguinis Christi, etiam in Eucharistia. Sed eas phrasibus nego similes esse phrasibus nostrorum Papistarum, aut dissimiles nostrae confessioni. Clarius, nego significare modum vllum corporalem, vnionis nostrae cum Christo: sed tantum veri-

tatem humanam naturam, per quam Christo copulamur: quamque manducemus in Eucharistia. Quomodo videlicet nos profitemur Christum ipsum totum secundum substantiam humanam nobis dari, à nobis accipi. Quamquam eius donationis modus non sit corporalis. Mentitur n. Sanctus ad eam vnitatem tria exigi, carnem nostram quae coniungatur, et inem Christi cui coniungamur, & coniunctionem ac contactum vtriusque corporalem: Nam hoc tertium nusquam leges apud Veteres. Sed haec omnia per partes explicanda differimus in caput proximum, cum de Patribus agatur ex professo.

XXVIII. Sequebantur disputationis promissa capita: tertium de similitudinibus, quartum de distinctione coniunctionum, quintum de verbis propriis & exquisitis: sextum de confuratione solius spiritualis vnionis, septimum de capacitate carnis nostrae. Sed haec tota occupantur in autoritatibus Veterum, quibus proprius locus assignatus est: ita his dilatis, octauum superest de causis, sine, & necessitate vnionis corporalis: quae tamen satis indistincte tractantur: ut & priora capita. Expedienda tamen, ut eunquae se habeant.

XXIX. Primo, inquit, docemur à Scriptura ita omnes in Christo viuificari, sicut in Adamo moriuntur: quod argumentum Tertullianus appellat non ex diuersitate, sed ex paritate. Homines itaque viuificari carne oportet in Christo, sicut in Adamo moriuntur. Considerandum vero restat, quomodo carne in Adamo moriamur, ut hoc exemplo discamus, quomodo in Christo carne viuificemur. Non obimus mortem ex Adamo, quia credamus ab illo nostri corporis fluxisse substantiam: sed potius quod reuera ex eo transfundatur & propagetur caro nostra: ut efficiamur os ex ossibus eius, caro de carne. Itaque ut similitudini & relinquatur locus, in Christo non viuificabimur nisi reuera, & non credendo duntaxat eius substantiam nostrae carni admisceatur, ut reddamur os ex ossibus, & caro de carne.

XXX. Perpetuus morbus à comparationibus *uicibus* ad absolutam paritatem. Quid his facias Sophistis, tam desperate aegrotantibus, & sine intermissione: vel potius insanientibus, nec per dilucida interualla? Atqui paritati renuntiat ipse: ne nobis procul sit abeundum. Non enim dixit Adami substantiam nostrae admixtam: quod tamen de Christo dixit. Nec dixit, ex Christo transfundi, propagarique carnem nostram: quod dixit de Adamo. Quare aliquis dissimilitudinem? Videlicet per propagationem sumitur ab Adamo initium essendi nobis: at non ab admixtione Christi: nos enim oportet prius existere quam misceri Christo. Et cum tu Sanctus, tam manifeste diffidas tuae paritati, ausus es sperare, nos ei tantum delaturos, quantum volueris? Atqui qui petit timide, docet negare.

XXXI. Nego igitur aut à Scriptura, aut à Patribus constare, nos eodem prioris modo viuificari per Christum, quo sumus occisi ab Adamo. Sed tantum, quatenus similitudo est inter causas & effecta: per efficaciam communem: Nempe ut Adamus causa fuerit mortis; Christus vero viuificationis. Quae similitudo ob stare non potest, quominus dissimiles sint rationes operandi. Vis scire? Ipsum aduoco testem, *Non viuificabimur*, inquit, *in Christo, nisi reuera eius substantiam nostrae carni admisceatur.* Esto. Sed quomodo admisceatur? Corporaliterne? Atqui id negas fieri nisi in communione Eucharistiae. Quare inquam, si sine Eucharistia nemini caro Christi admisceatur: Et sine hac mixture, viuificatur nemo: profecto sine communione Eucharistiae nemo viuificabitur. Placetne? Etiam infantes baptizatos non viuificari? Sed & Eucharistiae communionem esse itidem necessariam ad salutem, ut Baptisimum? Nam hoc soletis negare Papistae. Quod si vobis nunc constetis, debetis fateri aliquos viuificari, absque communione Eucharistiae: ac proinde absque ea corporali mixture carnis Christi. Non igitur omnes eodem profuso modo viuificari à Christo, quo sunt occisi ab Adamo. Tu videris. Nos sane absque exceptione audimus omnes qui viuificentur, viuificari à Christo, ut occisi sunt ab Adamo. Et quia manifestum, in quibusdam nullam esse corporalem vnionem, qualem aduersarij volunt: negamus in hac comparatione vllam contineri conditionem eius corporalis vnionis.

XXXII. Secundo, Sanctus disputat à spe resurrectionis. Hanc impossibile esse, nisi prius caro nostra carne Christi viuifica imbuatur ac perfundatur, atque ita vim habeat in se habitantem. Quoniam fieri nequeat ut hoc corpus nostrum, omni corruptioni obnoxium ex sua natura, vitam immortalem producat: ob idque sit necessarium carne fermentari, & ad vitam excitari. Sic Cyrillum dicere, *Audis aperte clamantem non habituros vitam, nisi sanguinem eius biberimus, & carnem manducauerimus.* In vobis dicit, id est, in corpore vestro. Syllogismus. Quaecumque caro resurrectura est: hanc oportet habere in suo corpore vitam habitantem: At qui non corporaliter edit carnem, & bibit sanguinem Christi, non habet in suo corpore vitam habitantem: Ergo quae caro non corporaliter edit carnem, & bibit sanguinem Christi, nulla resurrectura est.

XXXIII. Respondeo negari assumptum. Nam carnem resurrecturam dupliciter: vel ad mortem aeternam, vel ad vitam aeternam: Quae ad mortem, illa caro nulla indiget communione carnis Christi: alioquin praeter Christianos nemo esse resurrecturus: quod est alienum à fide Catholica. Nam profecto Iudaei, Turcae, Ethnici: neque spiritualiter, neque corporaliter communicant carni & sanguini Christi. Non corporaliter, quia nulla apud eos celebratio Eucharistiae. Non spiritualiter, quoniam fidem nullam habent. Rursus infantibus. Christianis aut necessaria esset Eucharistia, ut olim nonnullis creditum: aut nulla futura resurrectio. Quod vtrumque absurdum est, & contra fidem Catholicam.

XXXIV. Iam ad vitam suscitanda caro est omnium fidelium. At fidelibus non contingit tamen corporalis communio carnis Christi: siue nullis, ut docent Catholici, siue saltem non omnibus, ut fatentur Papistae. Inde necessaria ratiocinatio. Omnis caro suscitanda in vitam aeternam habet in se vitam: At aliqua caro suscitanda in vitam aeternam, non communicat corporaliter carni Christi: Ergo aliqua caro non corporaliter communicans carni Christi, habet in se vitam: contra quam Sanctus assumebat.

XXXV. Et sane Christi verba sunt in priori parte eōcionis, *Amen, amē dico vobis, qui credit in me habet vitam aeternam.* Et, *Pater ille Dei est, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo.* Item, *Hac est voluntas eius, qui misit me, ut*

omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam eternam: ego vero susci-

XXXVI. Instat Sanctesius; Omnium corpora vitam receptura. Sed resurre-

XXXVII. Hæc ille & nonnulla alia, verbis turgida, teinania. Nam primo non confirmat assumptionem luam: quod in primis oportuit. Neq;

XXXVIII. Sed hæc ipsa solutio cuiusmodi est? Tres esse causas resurre-

XXXIX. At saltem, inquit, non habent perfectam causam. Quid hoc rati-

XL. Sed erat, inquit, imperfecta causa. Ergo, inquam, imperfectum quid

XLI. Pro tertia causa corporalis vnionis cum Christo ptofert abundantiam

XLII. Scilicet hæc argumentatio est! Scilicet hæc est confundendorum hæreticorum

XLIII. Audi Sophista. Nobis certum, intime Christum voluisse in nobis

edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Ana-

XLIV. Et facile est portenta imaginationis arguere. Nutrire nostram corpora.

XLV. Quartam causam corporalis manducationis concepit in hunc modum.

XLVI. Voluit nos omnes coaceruare in vnum corpus Rectè sanè. Sed corpus quale?

C A P. IX.

De Patribus.

I. Transeo ad Patrum dicta. In quibus Areopagitam cur primum omnium

II. Ego vero me fateor nihil hic videre, quod ad istam faciat corporalem

III. In reliquis plerumque sunt testes: Nos corpus Christi sumere, carnè manducare,

IV. Infinita repetas apud Patres huius generis dicta, singulis, vt ita dicam,

V. Sed Vere, ait Bellarminus in Andrea, ex ludit manducationem in solo

certe non nisi corporaliter manducatur. Itaque manducatio in spiritu non pertinet eo, nisi per aliud, videlicet quatenus ad corporalem manducationem accedit fides, per quam spiritualis conficitur. Esto sane igitur verum, per phrasin illam, vere manducandi carnes agni, excludi manducationem in solo signo: Sed excludi manducationem in spiritu, quæ frons potuit asserere? An quia quod fit in spiritu, non fiat vere: Caue dixeris. Nam Filius nullo modo dixit mendaciter, *Pater meus dat vobis panem illum vere caelestem*: cum tamen, testibus Papistis, excluderet omnino manducationem in signo: Neque enim patiuntur Papistæ hæc verba in priore parte cōtionis Christi, intelligi de Eucharistia, sed de sola spirituali manducatione. Quid autem est, *Τὸν ἀέρον ὄσον ἔσθαι ἄληθινόν, Panem de caelo verum* nisi eum qui detur de caelo ad vere comedendum? Est enim de ducta metaphora. Quare velint nolint Sophistæ, nec esse est Christum spiritualiter manducatum, vere manducati.

VI. In Origene: non possunt, inquit, ista dici nisi de vero corpore Domini, quod vere ore corporis accipiat. Nam, si loqueretur, ait, de corpore Domini per metonymiam, id est, de pane significata corpus Christi, non vocaret incorruptum epulum, non ei dici vellet, *Domine non sum dignus*: Si vero loqueretur de ipso Christo per panem significato, qui per fidem accipitur: non diceret, *Vbi indigne ingreditur, vbi ad iudicium ingreditur accipienti*: quod enim ab impijs accipitur, non est nisi externum symbolum.

VII. Respondeo, ista dici de veris speciebus externis, quæ vere accipiuntur ore corporis, sed relate ad verum corpus Christi. Quemadmodum alia plurima, ut cum dixit Chrysostomus, *Ipsam vides, ipsum tangis, lingua rubescit sanguine*. Cum item plerisque dicitur frangi corpus. Nam consentiunt aduersarij horum nihil competere ipsi corpori Christi per se, sed speciebus externis. Et ipse Chrysostomus, rem istam negat sensibilibus, quibus solemus decipi. Quemadmodum igitur corpus Christi dicitur videri, & tangi, & frangi propter species, quæ ipsæ vere videntur, tanguntur, franguntur: sic dico corpus Christi dici ingredi sub tectum nostrum, & indigne ingredi, etsi ipsum per se vere omnino non ingrediatur, sub tectum, id est, corpus nostrum, vel saltem non nisi spiritualiter.

VIII. In Ephrem. Dicit, inquit, mirabile, quod Angeli, in corpore assumpto manducant cibos corporeos, sed mirabilius esse, quod nos homines corporei & lutei comeda mus ignem & spiritum, id est, corpus caeleste Christi. At nulla esset admirationis causa, si tantum in signo corpus Christi manducaremus: imo mirabilior multo fuisset illa Angelorum manducatio quam nostra sit.

IX. Contra potius manifestum est Ephrem habuisse in animo manducationem spiritualem: adeoque eam describere paulo ante verba excepta à Bellarmino, *Fidei oculum qui possidet, inquit, manifeste ac lucide intuetur Dominum, & certa plenissimaque fide sanctissimum agni immaculatum, unigenitum Filium caelestis Patris corpus manducat, ac sanguinem bibit*. Itaque sensus est eius cōparationis, quam pro fundamento vrgit Sophista, mirabile fuisse Angelos in terris manducasse cibos corporeos, sed mirabilius homines manducare corpus Christi. Nempe quia præter Angelorum sit spiritualem naturam edere corporaliter, & præter hominum naturam corporalem, edere spiritualiter. Nam quod illud, *in signo tantum*, repetit Sophista non vtilius. Me piget iterum interpretari.

X. Non alienus ab hoc ordine Cyprianus apud Sanctesimum in Cœniâ, *Dixerat sane huius traditionis magister, quod nisi manducaremus eius carnem, & biberemus eius sanguinem, non habebimus vitam in nobis, spirituali nos instruens documento, & aperiens ad rem adeo abditam intellectum, ut sciremus quod in ipso nostro sit manducatio, & potus: quasi quaedam incorporatio subiectis obsequijs, voluntatibus, inuicibus, affectibus unitis*. Esus igitur carnis huius quaedam auditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem caritatis, ut hæreat palato nostro, & visceribus. Sapor dilectionis infusus, penetrans & imbuens omnes anima corporisq; recessus.

XI. In quibus verbis quid, quaeso, est pro carnali manducatione? Imo quid non contra carnalem manducationem? Nam nos quidem speramus huic testi locum futurum inter nostros. Et sane, etsi plenior tractatione differre oporteat, tamen nunc breuiter, quid est, quod mansio nostra in ipso sit manducatio, & potus? Atqui nulla mansio est corporis Christi oraliter manducati, paulo post recedentis, siue auolantis, cum primū corruptæ sunt species. Sed & quasi quaedam incorporatio, manifestè tropicum olet, ne quis contactum corporum imaginetur, quem etiam prius hegauerat. Præterea incorporationis ratio manifesta, subiectis obsequijs, voluntatibus, inuicibus, affectibus unitis, quæ cuncta sunt animæ distincta a corpore. Quid hoc? Esus carnis, est quaedam auditas, & desiderium manendi in ipso? Hæc scilicet auditas est carnis, hoc desiderium corporis. Denique sapor dilectionis quomodo potest propriè herere palato, & visceribus infundi? Quibus speratur persuadendum his notis describi corporalem manducationem?

XII. Sunt in speciebus paulo vehementiora testimonia, quæ corporibus nostris, eorumque organis videntur corporis Christi communionem tribuere. Basilius 2. de Baptismo c. 2. *Si tales minime aduersus eos posita sunt, qui temere ad ea sacra accedunt, quæ ab hominibus sanctificantur, quid dicendum est de eo qui in tantum ac tale mysterium temerarius est? Quanto enim maius aliquid is est tempore secundum Domini vocem, tanto grauius & terribilius est in anima impunitate constitutum corpus Christi temere contingere, quam sit accedere ad arietes vel tauros*. Chrysostomus in Matthæum homil. 83. *O quot modo dicunt, vellem formam & speciem eius, vellem vestimenta ipsa, vellem calceamenta videre*. Ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Vestimenta eius desideras videre: ipse vero seipsum tibi tradit, non ut videas solum, verum etiam ut tangas, & in te habeas. In Ioan. homil. 46. *Christus ut maiori nos adstringeret honore, & suum in nobis ostendat desiderium, non se tantum videri permittit desiderantibus, sed & iungi, & manducari, & dentes carni sua infigi, & desiderio sui omnes impleri*. Ad Neophytos, *Quum te egredientem post conuiuium dominicum videris inimicus, post caelestes epulas tanquam ignem leonis ore flammantem fugit & deserit, omni vento velocior, nec approximare contendit, & quum cruentam linguam tuam de longe ille crudelis per speceris, tibi crede, non stabit, & quum os tuum senserit rutilare, gressum suum retro cum timore torquet*.

XIII. Interdum nocent nimis expressa, ut nunc Papistis, qui si contenti

fuisent solis præsentia, aut manducationis vocabulis, potuissent vtunque latere: & ex ijs latebris negotium facessere Catholicis. Sed cum corradunt, quæcunq; quomodocunq; dicta legunt, supra fidem dicta, efficiunt, vt sibi minus credatur. Quid enim hoc est argumentorum? Continere corpus Christi: ipsum videre, ipsum tangere, dentes infingere eius carni, ignem leonis ore flammare, linguam cruentare, os rutilare. Hæc omnia Patribus dicta: Ergo, autem, propriè & corporaliter editur corpus Christi, propriè & corporaliter bibit eius sanguis. Itane? At ego contra. Me vide: Vide quam me confidentem res ipsa faciat. Hæc omnia Patribus dicta: Ergo nec propriè nec corporaliter editur corpus, bibit sanguis Christi. Vn cautam scire? Quia illorum nihil est, quod fiat propriè, aut corporaliter. Itaque quo sunt vehementiora: quo sunt ardentius dicta, hoc magis figuram redolent, impropriè ipsa suam prouident.

XIV. Contingere. Nempe corporaliter. Mentitur ergo Cyprianus de Cœna Domini, *Nostra & ipsius coniunctio nec miscet personas, nec unit substantias, sed affectus consociat, & consociat voluntates*. Certe si cōtactus est corporeus, oportet vni substantias, non enim potest aliter vel fieri, vel etiam animo concipi. Biel lect. 81. *Sanguis ille, vt in Sacramento nullum corpus potest humectare, vel tingere, sed neq; ab aliquo corpore tangi*.

XV. Ipsam videri. Imo ipse Chrysostomus eadem ipsa homilia in Matthæum 83. *ἐδὲν αὐτὸν ὁ παρρησιανὴν ἠέλει ὁ χριστός. ἀλλ' αὐτὸν οὐκ ἔβλεπον, πάλαι ἢ νῦν, nihil sensibile traditum nobis à Christo, sed rebus quidem sensibilibus, omnia vero qua tradidit intelligibilia sunt, & ipse ὅτι ἀσπασμὸς ἡς ἡμῶν αὐτῶν οὐκ ἐστὶν ἀσπασμὸς τὰ παρρησιανὴν ἠέλει, ἵνα ἵσθαι οὐκ ἔστιν ἄλλο, ὅτι αὐτῶν οὐκ ἐστὶν ἀσπασμὸς τὰ παρρησιανὴν ἠέλει, ἵνα ἵσθαι οὐκ ἔστιν ἄλλο, ὅτι αὐτῶν οὐκ ἐστὶν ἀσπασμὸς τὰ παρρησιανὴν ἠέλει*. Si tu incorporeus esses, nude ipsa dona incorporea tradidisset tibi: quoniam vero corpori coniuncta est anima tua, in sensibilibus intelligenda tibi traduntur. Atqui, inquam, quicquid est propriè & corporaliter visibile, est etiam propriè sensibile, αὐτὸν οὐκ ἔβλεπον: Quis enim negat visum esse sensum?

XVI. Quid? Nonne in scholis celeberrima quaestio est, Vtrum corpus Christi prout est in hoc Sacramento videri possit? Thomas art. 7. quaest. 76. part. 3. disertus est, *Duplex est oculus scilicet corporalis propriè dictus, & intellectualis, qui per similitudinem dicitur*. A nullo autem oculo corporali corpus Christi videri potest, prout est in hoc Sacramento. Et arguetur in eam partem & quidem ex supposito fundamento Transubstantiationis, *Primo quidem, quia corpus visibile per sua accidentia immutat medium*. Accidentia autem corporis Christi sunt in hoc Sacramento mediante substantia, ita scilicet quod accidentia corporis Christi non habent immediatam habitudinem, neq; ad hoc Sacramento, neq; ad corpora, qua ipsum circumstant. Et ideo nō possunt immutare medium, ut sic ab aliquo corporali oculo videri possint. Secundo, quia, vt supra dictum est, corpus Christi est in hoc Sacramento per modum substantiae. Substantia autem in quantum huiusmodi non est visibilis oculo corporali: neq; subiacet alicui sensui, sed nec etiam imaginationi, seu soli intellectui, cuius obiectum est, quod quid est. Vide Suarezem disput. 53. lect. 4. Item Dominicus de Soto in 4. dist. 20. quaest. 1. art. 7. Et in isto lege, *Quarta conclusio*. Inter oculos corporales solus oculus Christi in Sacramento videt seipsum sub Sacramento existentem, non tamen videre potest modum essendi, quo est sub Sacramento, quod pertinet ad solum intellectum.

XVII. Res est admodum notatu digna. Ipsum vides, inquit Chrysostomus, & quidem comparate. Sunt, ait, qui optent videre vestimenta, calceamenta Christi. Atqui hic ipse viderur: Ergo ipsum, quem dicit, intelligit ipsam personam Christi, atque hanc ipsissimam videri. Quomodo, Carnaliter, an spiritualiter? Nam spiritualiter nos quidem concedimus, quomodo Thomas dicebat esse obiectum intellectus. At aduersarij nunc omnia referunt ad corporalem modum, itaque tenentur explicare Chrysostomum, de oculo corporali, cuius tamen nullas hîc esse posse partes profiterentur Scholastici.

XVIII. Cum autem dicunt non videri, prout est in hoc Sacramento, nihil habet difficultatis. Nimirum, quia persuasi sunt aliquando visum esse per miraculum, id est, alia ratione, quam quæ sacramentalis sit. Quod si sic, ergo extra ordinem: vt si forte, semel, bis, ter, intra multa secula. Nam neque superstitiosissimi multa exempla annotarunt. At Chrysostomus nihil significat extraordinarium, sed familiare Sacramento. Patet ex phrasi, *Ipsam vides*. Alloquitur enim quemcumque Christianum præsentem celebrationi sacrae. Patet ex oppositione, multi vellent videre vestes, & calceamenta, at tu vides ipsum. Itaque fieri non potest, vt miraculosam aliquam visionem cogitari.

XIX. Quid reliqua nunc dicam? Dentes infigi carni eius. Adde si velis Cyprianum in de Cœna, *Cruci hæremus, sanguinem fugimus, & intra ipsa redemptoris nostri vulnera figimus linguam, adde ex eodem ibidem interior, & exterius rubricatos, & quæcunq; possunt esse similia*. Et vt dixi, quo magis hæc sunt vehementer dicta: tanto magis omnem fidem excedunt. Mito illud de cruce, cuius, puto, nullæ partes sunt in Transubstantiatione, nisi per intellectum: nam sensus non nisi præsentium? At cruce quis corporaliter vnquam dixit præsentem in Eucharistia? Sed profecto rubedo ad accidentia pertinet sanguinis Christi. Atqui negant Papistæ vlla hîc esse sanguinis accidentia, sed duntaxat substantiam, & quidem per modum substantiæ. Non ergo verum rubescere quemquam sanguine Christi, propriè & corporaliter. Biel lectione 81. *Sanguis ille vt in Sacramento nullum corpus potest humectare vel tingere*. Infigi linguam eius vulneribus propriè & corporaliter, quis vel audiens non statim horreat? Sed & impossibile est. Nam vulnera sunt accidentia corporis: At huc, vt dixi, nulla accidentia Papistæ admittunt. Quid? Interior rubricatos, quis vidit, quis videre potuit? Sed neque ignem leonis ore flammantem.

XX. Quid ergo? Mentitosne dicimus Veteres, viros sanctos? Minime gentium. Sed confidentissimos impostores Papistas, illos vere dixisse contingi corpus Christi, & videri, & comedi, & in eius carnem dentes infigi, in vulnera linguam immitti, & si qua sunt similia. Istos ridi ulè interpretari mordicus ad litteram, quæ dicta sunt non tantum *μεταφορικάς*, sed etiam *κατὰ ἔθος*. *Cruci hæremus*, inquit Cyprianus. Quomodo? Corporaliter? Nouum monstrum, vt Transubstantiatio corporaliter præsentem cruce exhibeat. An per concomitantiam? Non puto, quandoquidem hæc earum rerum sit, quæ non diuisæ, vt Deitas, corpus, anima. At nunc sane non negent, credo, tam procul distare cruce a corpore

porē Christi, quam ab vltimo cōlo, tertiam istam: At si non per concomitantiam, multo minus ex vi verborum. Quod si non sit realiter corpus praesens, quomodo possumus in facta cōmunionē cruci hāere crucis & corporaliter? Quod si hoc figuratum est, cur in eadem re tenemur reliqua, non nisi ex prima verborum notione accipere? Itaque consultiſſimum est, vt omnia mystice intelligantur, translatis à signi phraſi ad rem significatā. Imo & re significata hyperbolicē amplificata, vt plerunque fieri amat oratoribus. Nam certe illa de cruce, de igne, de rubore, de vulneribus, manifestam amplificationem redolent hyperbolicam, cum eorum proprietē nihil sit omnino, nihil esse possit.

XXI. Aduerſantur serio Sophistae. Et de Basilio Gardinerus. Concionabatur apud populum rudem, quem expediebat veritate instrui, non falli desultoria alternatione loquendi. Paulo post, cum obijcimus, Non contingi proprie corpus Christi, quod sensib. non adfit: Quid (ait) tu narraſcō proprie? Quasi quia digitus ad carnem Christi non penetrat, non dicatur contingere. An non dicimus proprie contingi manu Regem, qui vestem qua corpus tum tegebatur contingit? Et propter corporis praesentiam laesisse maiestatem?

XXII. Apud populum rudem, ait. Quomodo, inquam, rudem? Scholasticane ἡκυκλοποιεῖσθαι: an doctrinae Sacramentariae? Nam si huius, magnum mendacium. Etenim solebant Veteres omnino tacere apud huiusmodi imperitos. Quis enim illud non nouit Theodoretus Dialogo secundo, ἡ κρῆσιν σαφῶς ἀπειρῆ, εἰς τὴν ἁγίαν ἀνομήτως παρῆναι, Non est apertio sermone utendum. Fieri enim potest, ut adfint aliqui nondum mysterijs initiati. Imo illud Areopagita initio Hierarchiae Ecclesiasticae, ἡ δὲ ὁμοῦ ὅπως ὁμοῦ ἕρπονται τὰ ἀγία τῶν ἀγίων. ἡ λαβὴν ἡγήθη, ἡ τὰ κρυφία θεοῦ τῶν κρυφίων ἐ ἀποκρύφεισιν γὰρ οἱ μυστήρια, ἀμείβεσθαι μὲρ αὐτῶν καὶ ἀχρῶνται τοῖς ἀπλήτοις. Διὰ τῆς οὖν, Vide ne Sancta Sanctorum enunties: sed reuereberis ea potius, & qua occulti Dei sunt cognitione mentis & animi in honore habebis ac pretio, ita tamen vt ea non tradas, & intacta nullo Sacramento initiatis conferues. Itaque si ad tales sermo fuisset Basilio, ne ista quidem dixisset. Dixit autem: Ergo non ad imperitos mysteriorum, ὁ γὰρ μὴδὲν, inquit Pachymerius initio Paraphraseos eius libri Dionysij, ἐστὶν ἡ ἀνομήτως ἀγία οὐκ ἔστι, ἀλλὰ κεκαλυμμένη καὶ ὁφείλει θεωρεῖν τὰ πνεύματος μυστήρια, Qui est initiatus, ingressusque interioris tabernaculi, detecta facie debet contemplari quae fidei sunt, cum fide. Quare nulli debet esse dubium Basilio negotium fuisse cum non imperitis rei Sacramentariae.

XXIII. Ergone cum imperitis humanioris literaturae? Non eam inficias. Nam etsi Christianorum haud pauci sint etiam in ymbri Scholarum exerciti, tamen plerisque etiam ἀγνοῦσιν huius eruditionis certum. Sed quid tum? Propterea figuratis istis locutionibus abstinendum fuit Basilio? Quasi Cypriano, nemo propositus fuerit auditor praeter Platonem, Aristotelem, Demosthenem. Et tamen ille cruci hāere, vulneribus insingere linguam dixit. Quid Chryostomo? Cuiusmodi fuit auribus seruendum, cum diceret carni dentes insiggi, & ignem ore flammantem, & crucentam linguam? Quod si Cyprianum, si Chryostomum non teruit hoc genus ἀπειρῶν, cur magis Basilius? Nā ita est, Sciuisse sanctos Patres suos post Baptismum, sufficienter eruditos, vt ne terrentur figuratis locutionibus, aut etiam hyperbolicis. Sed nunc Sophistae, immani suae plebis stupore plebem merentur illorum temporum.

XXIV. Indignatur nos propterea negare tangi proprie corpus Christi, quod sensibus non adfit. Atqui eadem ratione negant Scholastici, etiam videri. Cur non nos bene tangi? Dominicus Soto in 4. distinct. 10. quaest. 1. art. 7. ex Tho. Substantia quatenus substantia, non est sensibilis corporali sensu. Quid ais? Estne tactus aliquis sensus corporeus? Et non nugantur? Non sunt impostores Papistae: qui volunt corpus adesse tantum per modum substantiae, & tamen esse sensibile corporali sensu. Imo sensibile tactu, quo nullus sensus est magis corporalis.

XXV. Sed proprie, ait, corpus regis tetigit, qui tamen vestem. Propterea: Quis iussit vnquam, Nam vltate fateor: quia sunt quaedam figurae etiam vltatissimae. Sed proprie regem (id est, corpus regis) tangere, qui non nisi vestem: constanter nego. Nam Lucæ 8. mulier illa haemorrhoida dicitur tetigisse Christum. Sed proprie ne? Imo Matthæi 6. Accedens à tergo tetigit simbriam vestimenti illius. Dicebat enim apud se, Si solum tetigero vestimentum eius, liberabor. Audin? si solum tetigero vestimentum. Nonne sunt opposita tangere solum vestimentum, & tangere eum? Omnino si vtrumque proprie. Sed non, si alterutrum figuratē.

XXVI. Bellarminum contraxit Baptistia. In Basilio corpus edingi, neque intelligi potest, reale corpus extra Eucharistiam: quia illud impij non sumunt: & tamen de his Basilius loquitur. Neque symbolum corporis, tum quia non maius esset crimen accedere ad hunc panem indigne, quam ad arietes vel tauros in Veteri Testamento: tum quod non posset esse par crimen eorum qui Christum interfecerunt, & qui sola symbola indigne tractarent: Ergo loquitur de corpore Christi in Eucharistia.

XXVII. Atqui primum conclusio non est contra nos, qui sponte fate-mur eam puritatem adferendam ad communionem Eucharistiae, quam Basilius imperat, & propterea eam ipsam causam, nempe dignitatem corporis Christi. Tum autem quia scimus paulo prius mentionem factam μυστηρίων: cuius occasione facile inducimur in hanc quaestionem esse deuentum de legitima communione. Itaque si nihil voluit aliud, non erat quod sibi ramices rumpere. Veruntamen negamus eam conclusionem ob stare, quominus mystica sit phraſis, comedere Christi corpus, itidem vt, videre, manducare, & alia iam indicata.

XXVIII. Et tamen argumentatio est. Nam si quia corpus reale extra Eucharistiam non recipiant impij, ideo necesse est Basilius non loqui de eo extra Eucharistiam. Eadem ratio apud nos firmissime concludet non loqui de reali corpore Christi in Eucharistia. Quoniam neque extra, neque intra Eucharistiam comedatur ab infidelibus reale corpus Christi, quod paulo post sumus disputaturi.

XXIX. Ne de symbolo quidem non agi persuasit, in quo non quid sit ipsum attenditur, sed quid significet. Itaque falsum, non maius crimen ad hunc panem indigne accedere, quam ad vetera symbola: Cur non enim? Cum maiori crimine violetur Nouum Testamentum, quam Vetus? Ad

Heb. 2. Si per Angelos dictus sermo fuit firmus, omniſq; transgressio & contumacia iustam mercedis retributionem retulit: quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutē, quā cum enarrari coepit per ipsum Dominum, ab ijs qui ipsum audierant fuit nobis confirmata? Non posse par crimen esse eorum qui Christum occiderunt; & eorum qui symbola indigne tractauerunt; itidem est falsum. Sed id postea nobis discutendum. Interea Paulus nominatim dixit, Quisquis edat panem hunc (symbolum) & biberit poculum (symbolum) Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.

XXX. De Chryostomo Bellarmus: intelligit, ait, Christum ipsum videri, & tangi, sed in specie aliena; non sua, id est vere adesse, & recipi sub illis speciebus, quae proprie videntur & tanguntur, licet in propria specie Christus in Sacramento non videatur, nisi oculis fidei; neque sensibilis sit, at in Sacramento est.

XXXI. Recte, videri, tangi, sub specie aliena: adde & comedi, sic pax esto. Nam fieri non potest vt ipse videatur in aliena specie, videatur in quam proprie. Nam tu ipse sic distinguis: Recipi sub illis speciebus, quae proprie videntur. Si illa proprie, ergo sub ijs Christus improprie. Perge Bellarmine: & quomodo Christum negas in Sacramento videri nisi oculis fidei, sic negato in Sacramento comedi nisi dentibus fidei. Nam nos quidem paria facimus: & corpori relinquimus suas species.

XXXII. Atqui, ais, vere dicebantur videre, tangere, & hospitio excipere Angelos, qui illos recipiebant in corpore assumpto, vt Abraham, Lot, Tobias, alij. Recte, inquam. An tu nos audisti aliquando Chryostomum accusantes mendacij, aut negantes vere communiari corpori Christi: Absit. Sed & Christus dicit, sibi dari eleemosynam, quando datur pauperi, vnde sequitur in paupere Christum accepisse eleemosynam. Proprie ne? Minime: nam qui proprie; is per se recipit, non per alium. Sic nego Abrahamum, Lotum, alios proprie vidisse Angelos, aut tetigisset, sed proprie vidisse, tetigisse corpora ab ijs assumpta. Breuiter, oculis corporis visa sunt corpora, oculis mentis visi sunt angeli, cum cogniti. Similiter in hoc negotio, dentibus corporis comeduntur symbola: dentibus animae comeditur corpus Christi: vtrumque verē, sed illud proprie, hoc figuratē.

XXXIII. Alium testimoniorum ordinem aggredior. Irenaeus c. 2. libri 4. Quomodo carnem negant capacem esse donationis Dei, quae sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum est eius, quemadmodum Apostolus ait in ea quae est ad Ephesios Epistola, Quoniam membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius. Non de spirituali aliquo & inuisibili homine dicens haec: Spiritus neq; carnem, neq; ossa habet, sed de ea dispositione, quae est secundum hominem, quae ex carnibus & nervis, & ossibus consistit, quae de calice, qui est sanguis eius nutritur, & de pane, qui est corpus eius, augetur. Tertullianus de resurrectione carnis capite octauo, Videamus nunc de propria etiam Christiani nominis forma, quanta huic substantia friuole, (carni) ac sordida apud Deum prerogatiua sit, et si sufficeret illi quod nulla omnino anima salutem possit adipisci, nisi dum est in carne, crediderit, adeo caro salutis est caro, de qua quid anima Deo allegitur, ipsa est qua efficit, vt anima allegi possit. Sed & caro abluatur, vt anima emaculetur: Caro vngitur, vt anima consecratur: Caro signatur, vt & anima muniatur: Caro manus impositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur: Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt & anima de Deo saginetur. Non possunt ergo separari in mercede, quas opera coniungit. Augustinus contra Aduersarium Legis & Prophetarum lib. 2. ca. 9. Nos autem audiamus, & intelligamus duos in carne vna, Christum & Ecclesiam, sicut Meditatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum carnem suam manducandam, bibendumq; sanguinem dantem, fidei corde atq; ore suscipimus, quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quam perimere, & humanum sanguinem potare quam fundere. Notandum, inquit Bellarminus, quod dicit, non solum corde, sed etiam ore sumi carnem Domini.

XXXIV. Imo negat Augustinus cibum esse dentis: negat parandum dentes: Concilium Nicenum negat ad satietatem sumi, sed ad sanctificationem. Nam profecto si ore sumitur, etiam dentibus. Si corpus saginat, nutrit, auget, etiam saturat: si inquam est ad saginam, etiam ad satietatem. Et quid opus est, quāso, Papistas disputare, ipis accidentibus panis remanere vim nutriendi, si vere, si proprie, & absque villo itopo dicantur corpora nostra pasci, saginari, augeri corpore Christi?

XXX. Quamquam quid interrogo? quid coniecturas quaero? Habeo proficentes, non nutriti, non saturati, non augeri corpus nostrum corpore Christi. Thomas art. 6. quaest. 77. in Tertia, Ex hoc cibum nutrit, quod conuertitur in substantiam nutriti. Dicitur est autem, quod species Sacramentales possunt conuerti in substantiam aliquam, quae ex eis generatur, per eandem autem rationem possunt conuerti in corpus humanum, per quam possunt conuerti in cineres vel in vermes, & ideo manifestum est, quod nutriunt. Vide. Id ipsum quod in Eucharistia generat vermes, nutrit corpora nostra, At Christi corpus ipsum non generat vermes. Ergo Christi corpus ipsum non nutrit corpora nostra in Eucharistia. Manifesta maior ex verbis Thomae. Minor constat ex eodem in artic. praeced. Manifestum est, inquit, quod ex corpore & sanguine Christi, quae ibi veraciter sunt, non generatur aliquid, cum sint incorruptibilia. Ergo conclusio est certa, quia legitima. Quid? nonne docent continuo recedere corpus Christi, quum contumpuntur species Sacramentales? Ergo, inquam, corpus Christi non nutrit, non pinguefacit, non auget corpora nostra. Manifestum est enim ea nutrire, & augere, quae manent in nutrito. Quare si corpus Christi non maneat, ridiculum fuerit asserere, ex eo nutriti vllum corpus.

XXXVI. Necesse est ergo, aut falsum dixisse eos patres, aut improprie esse loquutos. Nos hoc malumus. Et facile docemus in Tertulliano cuius vehementiora vocabula sunt, Caro, inquit, corpore & sanguine vescitur, vt anima de Deo saginetur. Compara cum precedentibus, videbis aliud corpori tribui, quam animae. In Baptismo, caro abluatur, vt anima emaculetur. Non corpus emaculatur, nec anima abluatur: nempe quia abluere signum est: Ast emaculati res significata: Abluere actio corporalis; non per tingens ad animam, emaculati res spirituales; propria animae. Sic caro vngitur, anima consecratur, sic reliqua. Cur non itidem similiter, caro vescitur, etiam designet corporale, ast anima saginatur, cibum spirituale? vt quemadmodum in reliquis, non pertineat sagina haec ad corpus, quum sit ani-

LXVI. Opponi coniunctionem nostri cum corpore Christi, coniunctioni mysticæ, rursus mendacium est: nunquam Chrysofomo cogitatum. Coniunctionem corporis mystici cum capite, non esse realem, rursus mendacium est, alienum à Chrysofomo. Nam de hac ipsa coniunctione, *καὶ τὸ τῆς ἀνωτέρας, sic loquutus est, ὁ δὲ ἁγίου ἐπέμεινε ἐκ τῶν ἡμεῶν. καὶ αὐτὸς τὸ αὐτῆς αὐτῆς ἡμῶν. Propterea miscuit seipsum nobis, & corpus suum in nos confundit, ἵνα ἐν τῷ σώματι ὡμεν, καὶ αὐτὸς ὡμεν καὶ αὐτῆς ὡμεν. ὡς ἓν quid simus, velut corpus capiti connexum. Siccine Ieluitis opposita dicuntur, quorum vno posito alterum consequenter ponitur? Sed & eodem argumento constat esse realem. Nam ipsi aduersarij haud aliter concipiunt, illam, *καὶ ἐν αὐτῷ ὡμεν*: atque adeo non putant potentius exprimi posse realitatem suam. Nec alia spe citatur ab eis Chrysofomus.*

LXVII. De Incarnatione & amantibus, vellem plenius expressisset mentem suam. At ego de Incarnatione nihil reperi: nisi hoc forte sit, *καὶ ἀπό τῆς σαρκὸς ἐγένετο ἡμεῖς, ἕως ἡμεῶν αὐτῶν ὁ δὲ ἁγίου ἐπέμεινε ἡμεῖς. Quemadmodum corpus illud uniuersum Christo, sic & nos ei per panem hunc uniuersum. Id si voluit Bellarminus: etsi duriusculum sit, corpus vnitum Christo, pro vnio Deitate, tamen esto sane. Verum enim uero nego aut in eo, aut in illis mordacibus amicis, quicquam esse aduersus vnionem spiritua-lem. Explicarem forte prolixius, si dignatus esset Sophista indicare repugnantia capita. Nunc quando fuit illi satis dicere, mihi satis esto negare.*

LXVIII. In explicanda nostri vnione cum Christo, duo superflunt ex Verberibus confidentissime à Papis ferme omnibus laudari testes, Hilarius, & Cyrillus Alexandrinus. Prolixa descriptio erit, sed necessaria. Hilarius ergo octauo de Trinitate, quem contraxit Bellarminus, integrum Sanctus recitauit in hunc modum, *Eos tunc qui in Patrem, & Filium voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo utrumne per naturam veritatem hodie Christus in nobis, an per concordiam voluntatis. Si enim vere verbum caro factum est, & nos vere verbum carnem cibo Dominico sumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis existimandus est, qui & naturam carnis nostram iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suae ad naturam aternitatis sub Sacramento nobis communicanda carnis admiscuit? Ita enim omnes sumus, quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est. Quisquis ergo naturaliter Patrem in Christo negabit, neget prius, non naturaliter velle in Christo, vel Christum sibi inesse, quia in Christo Pater, & Christus in nobis, vnum in his esse nos faciunt. Si vere igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & vere homo ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est, nosq; vere sub mysterio carnis corporis sui sumimus, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo est, & ille in nobis: quomodo voluntatis vnitas asseritur cum naturalis per Sacramentum proprietatis perfecta Sacramentum sit vnitatis. Non est humano aut seculi sensu in Dei rebus loquendum, neq; per violentiam, atq; impudentem praedicationem caelestium dictorum sanitate aliena atq; pia intelligentia extorquenda peruersitas est. Quae scripta sunt legamus, & quae legerimus intelligamus, & tunc perfecta fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi veritate qua dicimus, nisi ab eo discimus, stulte atq; impie discimus. Ipse enim ait, caro mea vere est esca, & sanguis meus vere est potus. Qui edidit carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis non est relicta ambigendi locus: nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra vere caro est, & vere sanguis est, & hac accepta atq; hausta id efficiunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est? Contingit plane his verum non esse, qui Christum Iesum verum Deum esse negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc quod nos sumus in Deo est. Quod autem in eo per Sacramentum communicat & carnis & sanguinis sumus, ipse testatur, dicens: Et hic mundus iam me non videt, vos autem me videbitis quoniam ego vivo, & vos viuetis: quoniam ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantum vnitatem intelligi vellet, cur gradum quendam atq; ordinem consummandae vnitatis exposuit, nisi ut cum ille in Patre per naturam diuinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius naturitatem, & ille rursus in nobis per Sacramentorum inesse mysterium crederetur, ac sic perfecta per Mediatorem vnitas doceretur, cum nobis in se manentibus ipse maneret in Patre, & in Patre manens ipse maneret in nobis, & ita ad vnitatem Patris proficeremus, cum qui in eo naturaliter secundum naturitatem inest, nos quoq; in eo naturaliter inessemus ipse in nobis naturaliter permanente. Quod autem in nobis naturalis hac vnitas, ipse ita testatus est. Qui edidit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumperit. Perfecta autem huius vnitatis Sacramentum superius iam docerat, dicens, Sic ut sit me viuens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat carnem meam, & ipse viuet per me. Viuit ergo per Patrem, & quo modo per Patrem viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiam formam praesumitur, ut id de quo agitur secundum propositum exemplum assequamur. Hac vero vita causa nostra est, quod in nobis carnis libus manentem per carnem Christum habemus, victuris nobis per eum ea conditione, qua viuit ille per Patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum viuinus, id est, naturam carnis suae adepti, quomodo non naturaliter secundum spiritum in se Patrem habeat, cum viuat ipse per Patrem? Hac autem idcirco à nobis commemorata sunt, quia voluntatis tantum inter Patrem & Filium haeretici mentientes vnitatis nostrae ad Deum utebantur exemplo, tanquam nobis ad Filium, & per Filium ad Patrem, obsequio tantum ac voluntate religionis vnitatis, nulla per Sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietatis indulgeretur, cum & per honorem nobis datum Filij Dei, & per manentem in nobis carnaliter Filium, & in eo nobis corporaliter & inseparabiliter vnitas, mysterium vere ac rationalis vnitatis sit praedicandum.*

LXIX. Cyrillus non est breuior Hilario: cuius haec sunt apud Sanctum. Ex lib. 10. in Ioan. c. 13. postquam Arianum notafler negantem substantialitatem Patris & Filij, propter comparationem vitis & agricolae, *Quoniam, inquit, nos nullaratione humanitati Christi posse ita attribui existimat, quasi fide atq; dilectione, non carne illi coniungamur, age pauca de hoc dicamus. Non negamus recta nos fide, caritateq; sincera Christo spiritualiter coniungi, sed nullam nobis coniunctionis rationem secundum carnem cum illo esse, id profecto pernegamus, idq; à diuinis Scripturis omnino alienum dicimus. Quis enim dubitat Christum etiam sic vitem esse, nos vero palmites, qui vitam inde acquirimus? Audi Paulum dicentem: Quia omnes vnum corpus sumus in Christo. Quia*

etsi multi sumus, vnum tamen in eo sumus: omnes enim de eo pane participamus. An forte puerat ignotam nobis mystica benedictionis virtutem esse? Quia cum in nobis fiat, non ne corporaliter quoq; facit communicatione carnis Christi? Christum in nobis habitare? Cur enim membra fidelium membra Christi sunt? Nescitis quia membra fidelium membra sunt Christi? Saluator ait. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Vnde considerandum est non habitudine solum, qua per caritatem intelligitur, Christum in nobis esse, verum etiam & participatione naturali. Nam quemadmodum si quis igne liquefactam ceram alij cera similiter liquefacta ita miscuerit, ut vnum ex vtriusq; factum videatur: sic communicatione corporis & sanguinis Christi ipse in nobis est, & nos in ipso. Paulo post, Cur igitur secundum carnem nos esse palmites pernegat: An non conuenienter dici potest, vitam eius humanitatem esse, & nos palmites propter identitatem naturae? Eiusdem enim natura vitis & palmitis sunt. Ita & spiritualiter & corporaliter nos palmites, & Christus vitis Lib. 11. c. 21. Ut igitur inter nos & Deum singulos vniret, quamuis corpore simul & anima distemus, modum tamen adiuuenit consilio Patris & sapientia sua congruentem. Suo enim corpore credentes per communionem mysticam benedicentes & secum & inter nos vnum corpus nos effecit. Quis enim eos, qui vnus sancti corporis vnione in vno Christo vniti sunt, ab hac naturali vnione alienos putabit? Nam si omnes vnum panem manducamus, omnes vnum corpus effici-mur. Diuidi enim atq; seiungi Christus non patitur. Idcirco etiam Ecclesia corpus Christi facta est, & nos singuli membra Christi secundum Paulum Vni enim Christo per corpus suum coniuncti, quoniam in nobis illum, qui est indiuisibilis, accepimus, ipsi potius, quam nobis membra nostra accommodantes. Quod autem Ecclesia cuius corpus ex singulis hominibus, tanquam membris compositum, Saluator vero caput sit, Apostolus ostendit dicens, Vt iam non sumus paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni verbo doctrinae in nequitia hominum, veritatem autem sequentes in caritate crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum per omnem iuncturam subministratio-nis secundum operationem in mensuram vniuersi, membri augmentum corporis facit in adificationem sui in caritatem. Quod autem corporalis vnio ad Christum participatione carnis eius acquiratur, ipse rursus Paulus de mysterio pietatis differens testatur. Quod alijs generationibus, inquit, non est agnitus filij hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius in Spiritu, gentes esse cohaeredes, & concorporales, & cōparticipes passionis in Christo. Si omnes inter nos vnum sumus corpus in Christo, nec inter nos solū, verum etiam cū eo, qui per carnem suam ad nos transit, quomodo vnuerſi & inter nos & in Christo vnum non erimus: Christus enim est huius vnionis vinculum, qui Deus simul & homo. Sed de vnione corporali satis. De spirituali autem eandem viam sequentes, dicimus, quia Spiritu Sancto recepto, & inter nos quodammodo & cum Deo vnimur. Nam quauis vniciq; nostrum Patris, & suum Spiritum distribuit, indiuisibilis tamen Spiritus est, & distribuitur singulis spiritus in seipso vnus, & omnes quibus distributio facta est, vnum ex seipso efficit. Et sicut virtus sanctissima Christi carnis vnum corpus facit participantes, eodem arbitror pacto, in quibus indiuisibilis Dei Spiritus habitauit, eos omnes ad spiritalem vnitatem conducit.

LXX. Hæc Hilarius, hæc Cyrillus: quibus tam prolixis nihil existimatum est, disertius: nihil clarius, nihil maiori momenti. Et sane titillarunt Papiſtica aures vasta nomina, naturalis, corporalis, naturaliter, corpora-liter. At nos miramur, vt alias, ita nunc monstruosam stupiditatem, sic sonis hærentem, vt sententiam negligat. Nam profecto longe discessit à mente tam bonorum autorum, quibus nihil minus cogitatum, quam ijs definire verbis modum siue vnionis nostrae cum Christo, siue manducandae eius carnis. Excutio per partes. Nam sic videor argumentum posse concipere. Vnio naturalis & corporalis, fit per manducationem naturalem & corporalem eius cum quo fit vnio. At omnis vnio nostri cum Christo est naturalis & corporalis. Ergo vnio nostri cum Christo, fit per manducationem naturalem, & corporalem, ipsius Christi.

LXXI. Respondeo vnionem naturalem, corporalemque dici vel propter terminos vnionis, vel propter modum vnionis alias obiectiue, aut formaliter: Priore designari res vniondas, quænam sint. Postiore vero indicari rationem secundum quam fiat earum rerum vnio, siue media per quæ contrahatur. Sic hominum in matrimonio fit vnio corporum & animorum: quoniam termini vnionis illius, sunt vtinque tum corpora, tum animi. Et quidem animorum vnionem etiam inodus est non corporalis: sed corporum partim corporalis, per *σωμα φιλία*, partim spiritualis, per illam quæ est animorum, ex qua fit vt vere matrimonium constet etiam inter longe distitos.

LXXII. Itaque si vnionem intelligas obiectiue, conceditur minor. Neque enim censemus frustra carnis, & sanguinis: imo corporis vsurpata fuisse nomina. Sed negamus maiorem. Neque persuaderi possumus omnem corporum vnionem esse formaliter corporalem. Certe Paulus erat corpus: & tamen vnitus Corinthijs spiritualiter: Prioris ad Corinth. 5. Ego vt absens corpore praesens autem spiritu iam vt praesens iudicauit, vt is qui hoc ita perpetravit, vobis & meo spiritu in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis, cum potestate Domini nostri Iesu Christi, huiusmodi, inquam, homo tradatur Satana. Act. 4. Multitudinis eorum qui crediderant, erat cor & anima vna. Et ne longius abeam. Nulla manducatio corporis Christi spiritualis, fit per manducationem naturalem & corporalem: At omnis manducatio corporis Christi spiritualis, est vnio nostri cum Christo, obiectiue naturalis & corporalis: Ergo aliqua vnio nostri cum Christo obiectiue naturalis, & corporalis, non fit per manducationem naturalem & corporalem. Minor patet: quia manducatio corporis Christi, habet pro obiecto corpus Christi: alioquin non esset manducatio corporis. Maior non est obscura: eo ipso quod ea manducatio dicatur spiritualis: Nam ipsi Papiſtae diametraliter opponunt manducationem spiritualem manducationi corporali.

LXXIII. Quod si vnionem intelligant formaliter, id est corporalem dictam, & naturalem plene conceditur maior, alias enim implicaretur contradictio. Sed negatur minor. Non enim verum est, vnionem nostri cum Christo esse formaliter naturalem & corporalem. Alioquin manducatio Christi spiritualis, non esset vnio nostri cum Christo, quod absurdum est.

LXXIV. His positis nunc inquirendum superest, vtra de vnione loquantur

quod dicitur Hilarius, & Cyrillus. Ea ne quæ obiectiue naturalis sit & corporalis: an potius quæ formaliter. Nos hanc negamus, illam dicimus. Papatæ contra. Horum videamus nunc argumenta: postea nostra: & quidem ordine meo.

LXXV. Primum esto Bellarmini in Cyrillo: qui c. 13. in Ioannem 4. Firmam, ait, *fidem mysteris adhibentes, nunquam in tam sublimibus rebus, illud quomodo aut cogitemus, aut proferamus.*

LXXVI. Audio: sed vim argumenti percipio nullam. Quid enim est, non cogitandum quomodo in mysteriis fidei: Ergo sermo est de vnione formaliter corporali? Ignoscant Oedipi: Nos Dauilumus: & quanquam Christiane docti, non anquirendum, Quomodo, quoties Deus est loquutus: tamen Christiane scimus non uti Papistica placita eodem priuilegio cum mysteriis diuinis. Deinde iterum scimus cum inuestigatur sensus mysteriorum, non tamen queri illud, quomodo. Alioquin quid faciunt nunc Papatæ, disputantes vtro sensu hæc vnio sit intelligenda, corporalis, an spiritualis: Quod cum agunt si negant se peccare: quid habent, quo nobis intulerunt? Nisi ad personas redeant, & quomodo Oecumenicum titulum damnandum concedunt in Ioanne Constantino Romano: negant in Romano, sic nobis interdican, sibi permittant inquirere, Quomodo. Sed nos talibus tyrannis nihil debemus, nisi longum flere.

LXXVII. Secundum ibidem. Cyrillus ostendit, Deo nihil esse impossibile, & probat potuisse nobis dare carnem suam ad manducandum, quia multa alia fecerit mirabilia, vt cum virgine in serpente, & aquas mutauit in sanguinem, cum diuisit mare, cum ex petra scaturire fecit aquas. Quæ omnia ineptissime dicerentur, si nihil esset Eucharistia, nisi signum Domini.

LXXVIII. Atqui primo non nihil detorqueatur institutum Cyrilli: Fatum enim probare Christum potuisse nobis dare carnem suam ad manducandum, sumpto argumento ex illis miraculis. Non enim id agebat. Sed non esse inquirendum, Quomodo. Propositio est, *Aliorum culpa perdocti, cum Deus operetur, non quaramus quomodo, sed operis sui vim, atque scientiam illi soli concedamus.* Huic propositioni subiunguntur argumenta tria. Vnum ab exemplo naturæ diuinæ, quam credentes seruamus, etiam alioquin ignoratam: alterum ex Esaiæ 35. vnde constat consilia Dei esse supra captum nostrum: tertium à simili: quia cum artifices periti promittunt incredibilia, tamen fidem obtineant. His absolutis, *Si vero tu, o Iudæ, Quomodo essam nunc clamans, hanc tuam imperitiam ego quoque secutus, libentur quomodo ex Aegypto exiisti, rogabo: quomodo in serpente Moisaica fuit virga conuersa: quomodo lepra maris affecta, vno momento temporis, in pristinum statum restituta iterum fuit: & reliqua quæ Bellarminus recensuit. Pater ex serie, quæstionem nullam fuisse, vtrum Deus posset dare carnem suam: sed vtrum in omnibus operibus Dei interrogandum sit, quomodo.*

LXXIX. Deinde, quid illud est, *Omnia ineptissime dicerentur, si nihil esset in Eucharistia, nisi signum Domini?* Mitto non queri vtrum nihil sit in Eucharistia præter signum: mitto neminem nostrum ita asserere. Hoc dico, Cyrillum de Eucharistia non agere: ne nominare quidem: sed de spirituali manducatione. Non tantum quia tota illa concione 6. Ioannis de ea sermo est, vt suo loco disputaturi sumus: sed etiam quia testibus Papatæ nondum erat Christus loquutus nisi de ea. Quare ad eam pertinebat istud Iudæorum, Quomodo. Quamobrem Eucharistiam importune nunc oggerit Bellarminus.

LXXX. Tertio, *Quid tum si concedamus agi de Eucharistia? An consequens est ideo agi de vnione formaliter corporali? Imo quia Iudæi tum interrogassent, Quomodo, cum audissent Christum loquutum non nisi de spirituali manducatione, id est vnione: & hoc, Quomodo seueriter exagitet Cyrillus, ostendit sibi hoc mentis esse, Ne tum quidem cum agitur de spirituali manducatione corporis Christi, licere opponere Iudæicum, Quomodo. Quod vel nihil pertinet ad Eucharistiam, vel ostendit in Eucharistia fieri hæc spirituales manducationem.*

LXXXI. Tertium argumentum ex decimo quarto quintoque eiusdem libri. Docet non solum animum per Spiritum Sanctum in beatam vitam ascendere, sed etiam corpus nostrum corruptibile per contactum & manducationem carnis Christi incorruptibile, immortale fieri. Et illustrat similitudine insigni, *Sicut enim scintilla ignis in scenum aut paleam immissa totum inflammar: sic Verbum Dei per Eucharistiam nostra natura corruptibilis conuincit totam resurgere faciet immortalem & gloriosam.*

LXXXII. Imo vtrunque hunc locum Bellarminus falsauit. Primus sic habet, *Oportuit enim certe, vt non solum anima per Spiritum Sanctum in beatam vitam ascenderet: verum etiam vt rudo atque terreste hoc corpus cognatum sibi gustu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur.* Vides gustum, tactum, cibum, manducationem non vides quam ille substituit: Ridicule tamen. Nam etsi cibus videatur rem potius designare, manducatio modum: tamen hiciple modus geminus est, spiritualis, & corporalis. Vnde Ioannis 6. atque adeo in priori parte concionis, non tantum Christus dicitur panis, id est cibus: sed etiam manducare vsurpatur de vnione spirituali, *Patres vestri comederunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis ille qui de celo descendit, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.*

LXXXIII. Præterea, quid attingit siue manducationem, siue cibum tam curiose attendere, vt obliuiscaris tactum, gustum non memineras? Cuius enim rei putas dictum tactum, dictum gustum? Si tymbolorum panis & vini: abis à thesi, quæ disputat de manducatione siue vnione corporis Christi formaliter corporali: sin autem corporis Christi, abis non tantum à veritate, sed etiam à teipso: Nam & antea tactum notauimus nullum esse corporis Christi, vt neque visum: sed & tu (nisi forte recedas à doctrina tuorum magistrorum) nullum agnosces gustum nisi panis & vini. Sed profecto gustus panis & vini, etsi vere queat dici cognatus corporibus nostris, tamen ne tibi quidem est immortalitatis causa. Et vt in reliquis restites, tamen non potes negare gustum omnino esse accidentium, accidentia autem nulla abs te admitti in Eucharistia manducatione, quæ sint corporis Christi.

LXXXIV. Vtrum igitur statuis? Proptene loquutum Cyrillum, an figurate? Nam si proprie, mentiris igitur ab eo stabiliri manducationem formaliter corporalem corporis Christi in Eucharistia: nam ea nullum habet gustum, nullum tactum, cognatum rudi, atque terrestri huic corpori. Sin

Tom. IV.

figurate, cur mihi non liceat gustum, tactumque, & cibum interpretari de manducatione spirituali? Imo tibi tibi, inquam cur liceat interpretari manducationem formaliter corporalem: à qua cuncti soletis omnes tropos arcece quam seuerissime?

LXXXV. In altero loco ex cap. 15. primum illud. *Per Eucharistiam, glossema est adulterinum, temeraria audacia insertum, qua plerumque plus valent Sophistæ, quam argumentorum subtilitate, aut etiam testium grauitate. Tolle hoc glossema, ne ausus quidem esset Iesuita locum nominare, nedum proferre. Quanquam ne hoc quidem addito victor euadit. Nam Verbum coniungi nostro naturæ per Eucharistiam: quis negabat nostrum? Hoc queritur vtrum per manducationem formaliter corporalem, an potius formaliter spiritalem: nec magis hæc verba in vnam propendent, quam in alteram: Sed quibus impudentia comes est, omnia pro se interpretatur: nec aliter pati possunt. At nos dicimus ita Cyrillum intelligendum, vt sit, quemadmodum scintilla ignis in scenum paleamve corporaliter immissa, totum incendit: sic Verbum Dei in naturam nostram spiritualiter immisissum, totam inflammat.*

LXXXVI. Hactenus de Cyrilli mente nunc de Hilarij, Vbi Bellarminus ita versatur, vt vim faciat in Eucharistia, de qua totum locum interpretatur. Itaque vim disputationis hoc syllogismo comprehendo: Omnis manducatio Christi in Eucharistia, est vnio formaliter corporalis. At Hilarij vnio naturalis & corporalis, est manducatio in Eucharistia. Ego Hilarij vnio naturalis, siue corporalis, est formaliter corporalis.

LXXXVII. Respondeo primum, manducationem Christi in Eucharistia vel late dici, vt eadem quæ alias, atque aliter, fiat etiam in Eucharistia: quomodo ipsi Papatæ volunt spiritalem adiungi Eucharistia, quam dicunt corporalem, etsi non negent extra Eucharistiam fieri: vel adæquate: id est vt fiat non nisi in Eucharistia & per Eucharistiam, quæ mens est Papatæ, de illo suo corporalis manducationis commento. Si late sumas, potest absque incommodo concedi minor. Nam & hæc nostra sententia est, & Veterum, eandem coniunctionem nostri cum Christo, quæ sit, puta in Baptismo, sanciri isto Sacramento peculiari institutione ei dicato. Vnde discretissima fuerunt Augustini verba apud Bedam in 10. prioris ad Corinthios, quæ cum dixerunt eum qui sit in Baptismo membrum Christi, fieri participem corporis sanguinisque Domini, etiam si nec panem comedit, nec vinum bibit: addunt, *Sacramenti enim illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc, quod illud Sacramentum significat inuicatur.* Vnde manifestum eam ipsam communionem Christi, quæ obtinetur in Baptismo, esse rem significatam: esse beneficium Eucharistia. Hæc igitur si mens esset aduersarij, tum solutio erit à maiori negata, de qua dicam paulo post.

LXXXVIII. Sin autem sumat adæquate, profecto falsa est minor. Nunquam enim somnauit Hilarius, illam quam nominat corporalem vnionem cum Christo, sic fieri in Eucharistia, vt nunquam extra: quod nos probabimus postea.

LXXXIX. Hactenus minor. Nunc maiorem dico vnde quaque esse falsissimam: atque adeo ipsam thesim nunc disputationi obiectam. Vnde fit, vt non possit excusari nugatio. Etenim hoc testimonium Hilarij inducebatur, vt probaretur in Cena manducationem Christi esse formaliter corporalem: quoniam per eam fiat vnio ista cum Christo siue naturalis, siue corporalis. At nunc contra, concluditur hæc vnio esse siue naturalis, siue corporalis, quoniam fiat per manducationem in Eucharistia, formaliter corporalem, quantum acumen!

XC. Hoc argumentum non formauit Bellarminus: itaque nec sollicitus fuit confirmare per partes. Tantum collegit argumenta quinque ex Hilarij verbis, quæ non facile dixerim quo pertineant, ad minorem, vt probet agi adæquate de manducatione Eucharistica: an ad maiorem, vt statuatur manducatio Eucharistica esse corporalis. Itaque me oportet in tanta incertitudine ad vtrumque esse paratum, & retinere ordinem obiectantis.

XCI. Primum ergo argumentum ex illis verbis, *Nos vere Verbum carnis cibo Dominico sumimus.* Etenim, inquit, illud *Cibo Dominico*, cogit intelligi manducationem corporalem, non solum spiritalem. Ratio, quia cibus Dominicus omnium consensu est Eucharistia. Vult igitur Hilarius nos dum Eucharistiam percipimus, in illa & per illam, vere carnem Domini sumere. Formo. Cibus Dominicus est Eucharistia. At Verbum caro vere percipitur in cibo Dominico. Ergo Verbum caro vere sumitur in Eucharistia.

XCII. Respondeo primo, maiorem vel vniuersaliter sumi, vt omnis cibus Dominicus sit Eucharistia, quomodo homo est animal. Vel indefinite, siue specialiter, vt animal est homo, id est, quoddam animal est homo. Vniuersaliter sumpta falsa est: quoniam, vt iam notatum, non in sola Eucharistia, Christus est cibus. Sin autem indefinite. Conceditur sane: sed non pertinebit ergo adæquate ad Eucharistiam, in quo vim esse oportet argumenti, si qua est. Et sane conclusio, vt est concepta, non concludit quæstionem. Nihil enim opus erat inferre, corpus Christi vere percipi in Eucharistia: quod vltro damus. Sed hoc opus erat, non percipi nisi in Eucharistia.

XCIII. Præterea, ne hoc quidem dubium, vtrum vere percipiat in Eucharistia: quod & nos statuimus: sed summptionem esse formaliter corporalem. Ac sane sic proposuerat Bellarminus, *Cogit, aiebat, intelligi manducationem corporalem.* Quod nos negamus. Ita superflue diligens Sophista, id probat, quod non negatur: & supine securus id negligit: quod ipse sibi disputandum posuerat.

XCIV. Sed enim certa solutio est: his verbis, *Cibo Dominico* vere designari manducationem corporalem, quæ fiat in Eucharistia, quam esse cibum Dominicum nemo Christianorum dubitet. Sed hanc manducationem esse non carnis Verbi, sed elementi externi: nempe panis, quam Augustinus appellauit panem Domini, distinxitque à pane Domino. Quare Hilario Verbum caro cibo Dominico sumere, id ipsam esse, quod nos contendimus, in manducando corporaliter panem Eucharisticum, manducari spiritualiter carnem Christi.

XCV. Secundum argumentum, ex illis verbis, *De naturali in nobis Christi veritate, quæ dicimus, nisi ab eo discimus, stulte atque impie dicimus.* Quæ indicant mysterium Eucharistia tale esse, vt paradoxum stultissimum videri possit, nisi à Deo proponeretur, At Christum sola fide manducari, & esse in

dd

nobis,

nobis, eo tantum modo quo sunt cetera, quæ animo apprehenduntur, neque paradoxum, neque stultum videri potest, etiam si id non diceretur a Deo. Vere autem stulti haberi possemus, si absque Dei Verbo crederemus, veram Christi carnem ore corporali manducari: nam id semper infideles stultissimum paradoxum æstimarunt.

XCVI. Vtrum vult concludi? Eucharistiamne adæquate? Videtur maluisse sumere tanquam per se notum: quod tamen negamus nos. Nam naturalis veritas Christi in nobis est, ex mente Hilarij, etiam extra Eucharistiam: unde ut diximus, consequens necessarium, non intelligi formaliter naturalem, quod tamen si non obtinet Bellarminus laterem lauat, At Hilarius nunquam ita testatus est: neque Bellarminus firmanit.

XCVII. An igitur potius concludit manducationem formaliter naturalem? Argumentum ita erit. Omnis communicatio Christi: quæ infidelibus est paradoxum, ea est formaliter naturalis. At communicatio Christi, quam asserit Hilarius, est infidelibus paradoxum. Ergo eadem est formaliter naturalis. Respondeo maiorem esse falsam. Nam communicatio spiritualis semper fuit apud infideles paradoxum. Est enim mysterium cœlestis: At cœlestia caro non capit. Atque adeo Iudæi ipsi non tum cœperunt admirari verba Christi, cum ad secundam concionis partem peruenit Christus: sed etiam in prima: qui enim negabant de cœlo descendisse, non poterant credere eum esse panem cœlestem: Quomodo ergo credidissent potuisse manducari ad vitam æternam.

XCVIII. Sed argumentatur Sophista, Christum esse in nobis eo tantum modo, quo cetera quæ animo apprehenduntur, neque paradoxum est: neque stultum. At Christum sola fide manducari, neque paradoxum est neque stultum. Respondeo negari assumptum. Nam quæ sunt in nobis per solam animi apprehensionem, ut pote Lapis in Physico, aut Eclipsis Solis in Astrologo, ut diuitiæ in concupiscente mendico, panis in desiderante famelico: ea nihil efficiunt in iis in quibus sunt: nam neque medicus diues est: neque famelicus sit satur: neque Astrologus deficit ipse neque Physicus dolet. Sic neque epulo ille est in animo haberet aquam ex digito Lazari, tamen nihilo magis refrigerabatur. At Christus per fidem manducatus, ita est in nobis, ut etiam agat in nobis. Vin scire? Audi Christum, *Panem ille Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Hæc est voluntas eius qui misit me, ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: Amen, amen, dico vobis, qui credit in me habet vitam æternam.* Quæ omnia de manducatione spirituali dicta esse consentiunt Papistæ Catholicis. Itaque velit nolit Bellarminus, necesse est Christum per fidem manducatum aliter esse in manducante, quam aquæ guttulam in animo Epulonis aliter, inquam, quam reliqua, quæ ille dixit animo comprehendit. Et sane est verum sit, utrinque esse comprehensionem animi: tamen non est verum, utrinque esse fidem, quæ facultas est quædam animi, quibusdam propria & peculiaris, atque adeo *ἡ πίστις τῶν ἐλπίσθησιν.*

XCIX. Tertium argumentum, ex illis verbis, *De veritate carnis & sanguinis non est relictus ambigendi locus: nunc enim & ipsius Domini professione & fide nostra vere caro est, & vere sanguis est.* Et mox, *An hoc verum non est? Contingat plane bis verum non esse, qui Christum Iesum verum esse Deum negant.* Hæc verba non possunt accipi nisi vno ex his tribus modis. Vel Christum assumpsisse veram carnem: vel veram carnem fide manducari in Sacramento: vel veram carnem reipsa & ore corporis sumi, eum sumitur Eucharistia. At non primo, non etiam secundo: Ergo tertio tantum. Non de assumptione probat: primo, quia non agat Hilarius de Incarnatione, sed de Eucharistia: neque disputet contra Manichæos, negantes habere veram carnem: sed contra Arianos, negantes diuinitatem Christi. Secundo, quia cum dixisset, *Nisi ab eo discimus: & protulisset, Caro mea vere est cibus, ut probaret nobis Christi carnem naturaliter vniri: deinde immediate addidit, De veritate carnis & sanguinis:* Ergo de veritate carnis communicata agit, non veritate assumptæ. Tertio, quoniam probet non posse ambigi de veritate carnis Domini, cum qui dixit, *Caro mea vere est cibus, vere sit Deus, apertissime indicet loqui de veritate carnis in Eucharistia. Ratio: quia non sequatur Christus est vere Deus: Ergo habet veram carnem: Neque dixit, Caro mea vere est cibus. Ergo habet veram carnem. At vere sequitur, Christus Deus est, qui dixit carnem suam esse cibum nostrum: Ergo in Eucharistia est vera caro Domini. Ratio consequentia, quia cum Deus sit, potuit præstare quæ dicebat. Iam non agi de secundo docet, quoniam nihil sit veram carnem manducare fide, nisi credere Christum habere veram carnem, & in ea carne vere esse mortuum pro nobis. Deinde, quia ad id probandum non foret opus argumento a diuinitate Christi asserentis: non enim est difficile, posito mysterio incarnationis, veram carnem, fide manducari.*

C. Respondeo: negari assumptum. Nam vere Hilarius agere de vtroque membro, & primo, & secundo: addo etiam de tertio, modo ne adæquate. Est enim verum supponere veritatem incarnationis: & veritatem manducationis per fidem, cuius Sacramentum certissimum sit Eucharistia. Itaque id manducari spiritualiter, quod fuit assumptum corporaliter: id autem in Eucharistia manducari quod manducetur spiritualiter, etiam extra Eucharistiam.

CI. At negat Bellarminus agere de Incarnatione, sed de Eucharistia. Quomodo inquam, agere? Ex professo, an per occasionem? Ex professo, concedo non agi de Incarnatione: sed & de Eucharistia nego. Itaque si ea ratio bona est, ut concludatur non agi de Incarnatione, quia non est id argumentum propositum Hilario: erit etiam bona, non agi de Eucharistia, quia ne id quidem Hilarius susceperit. Sin autem obiter, & oblata occasione: atque propter aliud, concedo sane sic agi de Eucharistia: sed vicissim eodem modo agi dico de Incarnatione. Itaque si legitima sit ratio Bellarmino asserendi agi de tertio capite: mihi quoque legitima est, agi de primo.

CII. Non agit contra Manichæos negantes habere veram carnem. Concedo. Sed agit contra Arianos negantes diuinitatem. Ne hoc quidem eo inficias. Sed hæc quid ad rem? Disputationis enim hæc facies est. Voluntariam non naturalem vnitatem Patris & Filij introducebant Ariani. Hilarius naturalem tueretur. Quia videlicet naturaliter in nobis Christus maneat, id est, per humanitatem. Quare si Pater & Filius vnum sunt, quemadmodum Christus & nos: Ergo Pater & Filius vnum sunt naturaliter. Probat Hilarius

Christum & nos vnum esse naturaliter: quia vere carnem corporis nostri Christus assumpsit. Et nos vere sub mysterio carnis corporis sui sumimus, & per hoc vnum erimus: quia Pater in eo est, & ille in nobis. Hinc patet quomodo cum Incarnationis, tum Eucharistia mentio sit facta: nimirum, ut subsidiariorum argumentorum probandæ assumptioni, quæ posuit nobis vnitatem esse naturalem cum Christo.

CIII. Concedo illud prolatum, *Caro mea vere est cibus:* sed non ut probaretur nobis Christi carnem naturaliter vniri: nunquam enim ita dictum Hilario: sed Christum nobis naturaliter vniri: ea enim sunt eius verba, quæ vir modestus non debuit mutare: cum non sit idem sensus, ut postea dicam. Concedo statim additum, de veritate corporis & sanguinis non esse relictum dubitandi locum: Sed illud, *agi ergo de veritate carnis communicata, non assumpta, non possum concipere.* Nam neque alia caro est assumpta, quam communicata: si autem sensus sit agi de carnis communicatione, non assumptione, manifesta hallucinatio est. Nam hæc verba, *de veritate carnis & sanguinis,* agunt de assumptione, non communicatione, quantumuis immediate connexa illis, quæ de communicatione. Nimirum quia vtrumque erat demonstrandum, & vniri nobis Christum, & vniri per veritatem naturæ: prius factum, per verba Euangelij, de vera cæca, & vero potu. Alterum sit hac clausula, quæ rem ponit e contra aleam, duplici argumento: vno à professione Domini, videlicet, carnem & sanguinem nominantis: altero à fide nostra, aperte profitentium vere carnem, & vere sanguinem.

CIV. Non bene sequitur, Christus Deus est, ergo habet veram carnem. Non sequitur, Dixit, *Caro mea est vere cibus:* Ergo habuit veram carnem. Contra vero bene sequitur, Christus, qui dixit carnem suam esse cibum nostrum, Deus est: Ergo in Eucharistia est vera caro Domini. Sed primum Bellarminus quare distinxit duo prima, & confudit in tertio? Quare non dixit, Christus, qui dixit caro mea est vere cibus, est Deus: Ergo habuit veram carnem, æque ac in postremo membro? Aut si sic dixisset Hilarius, cur minus necessaria consequentia esset? Nisi forte id præstare impotens esset. Sed vere nihil horum dictum Hilario, Bellarminus potius nihil videt, aut certe nihil vult videre.

CV. Non est, ait difficile posito incarnationis mysterio, veram carnem fide manducari, ut opus fuerit argumento à diuinitate Christi. Imo sui semper similis Sophistes est: nullo tali argumento vsus est Hilarius. Deinde si vsus, tamen nihil esset absurdum: nisi apud eos, apud quos carnem Christi fide manducare, nihilo plus habet, aut mysterij, aut virium, quam quum animo concipit quis lapidem, aut stellam. Sed longe aliud statuer, qui à Christo audierit *cibum quem filius hominis dabit vobis.* Et, *Non dedit vobis Moses panem illum cœlestem, sed Pater meus dabit vobis panem illum vere cœlestem.*

CVI. Quartum argumentum ex eo quod Hilarius sæpissime repetit Christum naturaliter esse in nobis per summptionem Eucharistia. Nam vnus esse in alio naturaliter, est naturam vnus vere in altero esse. Hoc probat ex his verbis, *Cur gradum quendam, atque ordinem consummanda unitatis exposui, nisi ut cum ille in Patre per naturam diuinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius naturam, & ille rursum in nobis per Sacramentorum inesse mysterium crederetur?* Vbi docet Filium esse in Patre naturaliter, quia natura Filij vere est in Patre, cum sit vna vtriusque natura: item nos esse in Christo naturaliter, quia vere naturam nostram sibi Deus vnuit per mysterium Incarnationis. Denique Christum naturaliter esse in nobis, quando sumimus Eucharistiam: quia naturam suæ carnis nobis vnuit. Sicut igitur vere & proprie natura Filij est in Patre, & natura nostra est in Christo, ita necesse est vere & proprie natura carnis Christi sit in nobis, quædo Eucharistia sumimus.

CVII. Christum esse in nobis per summptionem Eucharistia, dictum concedo ab Hilario, quanquam iis verbis nunquam vsus. Sed per Eucharistiam solam neque dixit, neque innuit vnquam. Quo tamen valde opus erat Papistis, ut non semel annotatum. Rursum esse in nobis naturaliter per Eucharistia summptionem, vere dixit: sed secundum obiectum, non secundum formam: hoc est, ut dicebamus, in Eucharistia naturam sumi, videlicet carnem, siue corpus quæquam non naturaliter, siue modo naturali.

CVIII. Itaque etiam hoc facile, Naturaliter in alio esse: significare Hilario naturam vnus vere in altero esse Nam hoc ipsum ambiguum: quando quidem aduersarius intelligit suo more, de præsentia formaliter corporali. Quod tamen Hilarius aliter. Hoc patet, quoniam in Christo nos esse, explicet per corporalem eius naturam: quæ profecto non admittit eum modum formaliter corporalem, quem aduersarij imaginantur.

CIX. Quare istud perperam: sic vere & proprie naturam Christi esse in nobis: ut naturam Filij in Patre. Nam ex duobus capitibus cur vnum est lectum? Hilarius enim non tantum norauit Filium in Patre: sed etiam Filium esse in nobis. Itaque si similitudo esset vlla, dicendum foret: sic Filium in nobis esse, quomodo Filium in Patre, & nos in Filio. Sed hoc de nobis in Filio consultius sibi omittendum Bellarminus putauit: nempe alienum à suo instituto. At nos reuocati volumus: unde patet, non pertinere ad vim argumenti id quod proprium est vnitati Filij & Patris. Nam aliter, id est, si hoc ipsum esset argumentum: tum vel eodem modo oporteret nos in Christo esse: quo Filium in Patre: vel absurde Hilarium res diuersarum proprietatum in eandem similitudinem comparasse.

CX. Itaque verus est non similitudinem ab Hilario notari, sed seriem: videlicet, ut exponeret quomodo omnes, id est, Pater, Filius, nos, vnum sumus. Nimirum quia Filius vnum cum Patre: nos vnum cum Filio: vnum autem cum Filio nos, tum quia nos in eo per corporalem eius naturam, id est incarnationem: tum quia ipse in nobis per Sacramentum communicatæ carnis. Sic paulo ante legas, *Ita enim omnes vnum sumus: quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est. Iterum, Vere igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & vere homo ille, quia ex Maria natus fuit, Christus est, nosque vere sub mysterio carnis corporis sui sumimus, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo est, & ille in nobis.* Sed & iterum, atque adeo in hac ipsa orationis parte, quam nunc vtget Iesuita, nulla similitudinis nota est, sed graduum discriminatio, *Gradum quendam, inquit, atque ordinem consummanda unitatis exposui. Quis autem ordo? Ut cum ille in Patre per naturam diuinitatis esset, (primus gradus) nos contra in eo per corporalem eius naturam, (secundus) & ille rursum in nobis per Sacramentum inesse mysterium crederetur, (tertius) ac sic per Mediatorem unitas doceretur, cum nobis in se manentibus*

libri, ipse maneret in Patre, & in Patre manens maneret in nobis: & ita ad unitatem in Patre proficeremur, cum qui in eo naturaliter secundum naturam...

CXI. Superest quintum argumentum, ab his verbis, Hac vero vita nostra caro est, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus...

CXII. Respondeo nusquam Hilarium dixisse in nobis carnalibus Christum manere carnaliter per carnem suam. Sed alias per carnem, alias carnaliter...

CXIII. Ad rem venio. Nihil, inquit clarius, quam in nobis carnalibus, Christum manere per carnem, siue carnaliter: sic enim liceat mihi emendare...

CXIV. Atqui si fide tantum: ergo non esset in nobis carnalibus, id est, quatenus carne constamus. Negatur, inquam, consequentia. Non enim obstat fides...

CXV. Non esset, ais, in nobis per carnem, sed per fidem, & Spiritum, neque carnaliter, sed spiritualiter. Distinguo esse per carnem. Nam si formaliter...

CXVI. Atque haec tenus aduersariorum labor in pervertendo Hilario, & Cyrillo. Nunc utrumque nos simplicitati suae restituamus. Consentimus & Gardinero...

qua Deus est, vni non possumus, nisi quatenus est Mediator: Mediator autem est, quatenus nobis dicitur. Hoc igitur semel esto constitutum, ea vnione, quam naturalem, & corporalem dixerunt Hilarius & Cyrillus...

CXVII. Sed hanc esse mentem siue Hilarij siue Cyrilli, vt asserant illud corpus Christi verum sumi a nostro corpore vero, siue naturaliter, siue corporaliter...

CXVIII. Primo, quoniam eadem vnio quae Hilario naturalis siue per naturam, Cyrillo corporalis dicitur & carnalis, siue secundum carnem, & corpus...

CXIX. Quin Hilarius ipse quid intelligat per natura vnum, aperte docet paulo ante haec ex ea disputatione excerpta verba: nempe quoties aliquid est commune in quod conuenitur. Audi diserta. Quorum anima, & cor vnium omnium erat...

CXX. Obserua primum descriptionem vnionis naturalis in postrema clausula, opposita vnioni per solam voluntatem. Quae ratio perpetua est, toti huic eius disputationi, suscepta contra Arianos...

CXXI. Obserua secundo, vnionem hanc naturalem nostri cum Christo assignari etiam Baptismo & fidei. Atqui manifestum est consensu etiam Papistarum...

CXXII. Adde reciproca actionem naturalis vnionis. Nos enim in Christo esse naturaliter: & naturaliter in nobis esse Christum, frequens est Hilario combinatio...

CXXIII. Hinc facile intellectu: longe alio sensu naturalem vnionem nominari ab Hilario, quam a Papistis. Illa enim per quam sumus in Christo, nihil habet eius formalitatis...

CXXIV. Huc refer Cyrilium vnioni nostri cum Christo comparantem

sum autem daret nihil profuturam? Ianfenius, Ex eo quod dicitur caro non prodest quicquam hi qui negant veritatem in corpore Christi in Eucharistia; hodie conati sunt suam errorem defendere inferentes ex eo inutiliter Christum suam carnem non esse in Sacramento reliquisse, eo quod ipse teste caro nihil proficit. Lulianus Snares sermone 8. Non immerito dicunt iuxta fidem suam, carnem non prodesse quicquam, eamque pro nihilo nobis dari. Eorum enim Patriarcha Calixtus expressissime ait, malos nihil in hoc Sacramento suscipere: Sanctos autem si qui iuni (eius hanc sunt verba) non egero.

XII. Sed Lulianus ille impudentissimus, quæ nusquam verba sunt Calixti, ea fingit ex Caluino descripta *αυτολεξει*. Non opinor prolixè refellendus. Certe non docuit Caluinus impios nihil sumere in hoc Sacramento. Qui enim potuit, qui scituit eisdem Sacramento ipsum sumere? Quod si non hausisset de Scripturis docentibus indigne comedi hunc panem, & bibi hoc vinum, poterat saltem ab Augustino discere, qui eos dixit tantæ rei Sacramento quotidie sumere ad propriam condemnationem. Sed docuit confidenter impios non sumere ipsum corpus, ipsum sanguinem Christi: quod disputabitur sub loco.

XIII. Sanctos non egero corpore & sanguine Christi, dixisse Caluinum, totidem verbis, aut omnino vllis verbis, quis Diabolus potuit vel cogitare? Bene quod Lulianum istum scimus Franciscum fuisse. Nihil dico amplius. Meritus est enim is cucullus, ut nihil diri censeatur ab eo alienum. Sed contra Caluinus explicans hæc ipsa verba in quibus sumus. *Nec relligiam illi, qui Christi carnem prodesse dicunt, tenent crucifixam esse, comestam vero nihil nobis afferre. Quis potius comedere eam necesse est, ut crucifixam prodest. Et dicitur aliquando ante, cum in eo esset ubi dictum, Caro mea vere est cibus, quum affirmat carnem suam vere esse cibum animas, si careant cibo isto famelicis esse significat: tunc ergo vitam in Christo inuenies, si vita materiam quæras in eius carne.*

XIV. Reliqui peruertunt argumentum nostrum. Nunquam enim negatum nobis carnem Christi dari, aut vtiliter dari in Sacramento. Neque vereor ut cuiusquam nostrum possint Sophistæ abuti nomine, ad tuam hanc calumniam confirmandam. Remittant nobis nostra sensa exponere, & ea si possint refutant: sed ipsos sibi fingere tragelaphos, hos eisdem nobis affingeret: & sic denique in eos armari, quis passurus est? Breuiter dico, nostri argumenti nullam vim esse aliam, quam quæ est à nobis exposita. Huic iubeamus Sophistas hærerè, aut mutos esse.

XV. Sed rem ipsam tandem videamus esse. Miras ambages in explicandis tam paucis verbis Christi. Negant omnes manducationem corporalem carnis Christi esse inutilem, quod assumebamus: Sed cum ad probationem venimus, hoc opus, hic labor est, adeo nihil habent certi quo se propriant. Velim in classes ordinare meo more: sed fateor non posse: itaque numero aggrediar. Notent Lectores tam multiplicem varietatem veritati vtilem esse, cuius simplex oratio solet ipsa sibi non esse aduersa, cum mendacium neque sibi consentiat, neque veritati.

XVI. Quæritur quo sensu sit caro nominata. Hic Lulianus sermone 8. Peterem lubenter ab eis, de qua carne loquutus Dominus, & utrum de sua intelligat, an de Capharnaitarum. Tum sibi ipsi subito respondens. Neque vero adeo amentes, aut perficitæ frontis, nisi penitus sint hebetes, existimo, ut Christum de sua loqui respondeant. Si quis autem dicat de Capharnaitarum carne loquutum, nouimus inquit, & indubitanter tenemus eam, nihil hoc in hoc mysterio operari potuisse, ideo quæ à Domino nullam de ea factam mentionem. Itaque concludere possumus eum de neutra verba fecisse.

XVII. De neutra, ais. At nos de ea Capharnaitarum carne non loquutum prolixè concedimus. Imo bardum, stupidum, amentem dicamus fuisse, si quis ita in animum induxerit vtiquam. Quid enim ineptius, quam cum tota oratione Christus loquutus sit de sua carne edenda in vitam æternam: & Capharnaitæ scandalum ex eo passi sint, quod suam carnem promitteret dandam in cibum: denique ad extremum dixisse, & Capharnaitæ, vestram carnem si quis ederit, nihil inde ad eum commodi rediturum est. Hoc vere esset de cæcis interrogatum de aliis respondere.

XVIII. Sed de sua carne non loquutum Christum, non sumus tam faciles, ut concedamus. De eadem, inquam, carne, de qua, tota fuit oratione loquutus. Nisi forte Christum fingimus *ἀπεροδίου* Cæ, loquutum, & impossibile auditoribus, variis importunis quæ ambiguitatibus: quod nos certe religiosiores sumus, quam vt credere possimus. Disputat tamen contra Maldonatus, *Non videntur, ait, homines, ut sibi videntur valde acuti, ista ratione non hoc solum mysterium, sed omnem prorsus religionem Christianam euertere. Si enim caro non prodest quicquam, cur eam Christus assumpsit? cur pro nobis eam crucifixus?*

XIX. At nos acuti sumus, an obtusi, iudicium nullum permitimus Maldonato, iurato modestiæ hosti: profitemur tamen acuminis relicta laude Sophistis, malle soliditatis dignam Theologia. Interea negamus euertere aut religionem Christianam, aut hoc Eucharistiæ mysterium, si Christum dixerimus loqui de carne sua. In qua sententia scimus habere socios plurimos, tum Veteres, tum etiam Papistas, de quibus, credo, non est tam impudentem loquutum Iesuita, quam de nobis ita eundem, & impotenter. Vtuntamè, si caro Christi sit inutilis, ait, ergo frustra est assumpta, frustra in crucem oblata Distinguo, inquam: vt sit inutilis absolute, vel secundum quid. Priori modo negatur antecedens: neque enim nos quisquam audit dicentes, carnem illam Dei esse prorsus inutilem, siue quocumque modo intellectam. Inneque amamus Ianfenium: qui, *Ex his*, inquit, *verbis nude intellectis, non tantum sequeretur Christi carnem inutiliter esse in Eucharistia: sed etiam inutiliter Verbum carnem factum esse, ut habitaret in nobis. Proinde certum est in his verbis opus esse commentario.*

XX. Posteriore modo, negamus consequentiam: non enim sequitur, si sit quodammodo inutilis caro Christi, propterea inutilem esse eius assumptionem, aut crucifixionem. Neque vicissim sequitur, si vtilissima sit assumptio, & crucifixio, ideo nullo modo dici posse carnem eam inutilem. Testes habeo Papistas ipsos, qui saltem laniatam, siue crudam, siue coctam consentiunt esse inutilem: Sentisne argumentū Bellarmine? Si quia inutiliter non fuit assumpta, aut crucifixam, nullo modo sit inutilis: Ergo neque si manducatur per frustra, serino morte, futura est inutilis: quod tamen abs te conceditur. Et rursus, si per frustra serino more sumpta, sit inutilis: ergo etiam si vtilissi-

me fuerit assumpta & crucifixam, tamen aliquo modo est inutilis. Denique non effectus, non esse Christum de carne sua eloquutum hæc ipsa verba, quæ habemus nunc præ manibus.

XXI. Veruntamen si de carne Christi nihil est: quid est igitur Maldonatus? Multi graues autores ita videntur exposuisse, quasi cato non pro vera carne sed pro carnali hominis ingenio: & spiritus non pro spiritu vero, sed pro spiritali, & à Deo per fidem illuminato homine sumatur: sensus sit, *Spiritus est, qui viuificat*, id est, fides est, quæ hominis ingenium ex carnali spiritali reddens, efficit vt percipiat, quæ sunt Dei, hoc est, viuificare. *Caro non prodest quicquam*, id est, carnale ingenium, humana ratio nihil inuat, sed potius impedit ad percipienda diuina mysteria. Non displicuit hæc sententia Maldonato; sed neque satisfacit vndique. Verum amplexi sunt non pauci Ioannes Dedeus discursu 16. Renatus benedictus Panoplia in hunc locum: Petrus Michaelis Dialogi 1. c. 4. Lulianus sermone 8. Et quidem Michaelis dispartat cutiosius reliquis.

XXII. Sed nos non negamus quidem, vt paulo post, sensum carnalem, sensumque spiritali intelligendum, sed horum verborum de quibus nunc agimus. Verum isti sensum intelligunt carnalem, cuiusmodi est in omnibus hominibus non illuminatis à Spiritu Sancto, quantumuis nihil suspicetur de hac carne Christi: & similiter spiritali, cuiusmodi sunt, puta in Abrahamo, quem credidisse Paulus dicit in spem præter spem. Inde Petrus Michael, Non de sua carne, sed carnali hominum ingenio loquutus est, dum non assequitur diuinam, & à sensuum perangusto iudicio pendet. Beaulius, Caro nihil aliud significat quam humanam rationem oppositam fidei, quæ habenda erat in Iesum, credendo esse non filium Iosephi, sed Dei, cælo demissum. Hunc vero esse verborum Christi sensum persuaderi non possumus.

XXIII. Illi habere sperant hæc argumenta, partim apud Bellarminum, partim & diligentem apud Petrum Michaellem. Primum, Quod nisi hoc sensu verba accipiantur nequaquam Christus Iudæorum interrogationi respondisse videatur. Quærentibus enim non quid prodesset eius caro, sed quomodo dare eam posset ad manducandum; si respondisset suam carnem non prodesse, infidelitatem auxisset, concedendo tacite se quod promiserat non posse præstare: At vero de illorum carnali sensu intelligens, aptissime responderet, & deprauatam res diuinas intelligendi consuetudinè castigat.

XXIV. Respondeo valde ad rem responsum fuisse: quoniam videlicet, immanis illa de carne manducanda cogitatio coercita fuit, & refutata. Concedimus enim quæstionem non fuisse de vilitate carnis, quam disertissime Christus expresserat tam serio promittens ex eius manducatione vitam: vt nulla superflueret Capernaitis causa, vel ignorandi, vel dubitandi. Sed de modo fuisse, vtum scilicet comedenda esset carnaliter an spiritaliter. Nam et si neutrum Christus discrete expressisset, tamen Capernaitis totos sua cogitatio occupabat: & quoniam edendi spiritaliter phrasin nunquam antea usurpatam audierant, non poterant à carnalitate manducationis mentem suam abducere. Quomodo Nicodemus, qui nunquam nasci spiritaliter audierat, regressum cogitabat in vterum maternum. Itaque illud *Quomodo*, non dubitantis est, sed negantis. Quasi totidem verba essent: fieri non potest, vt det nobis carnem suam comedendam. Solutio Christi & legitima est, & directa per distinctionem, Carnem comedere dupliciter dicitur, vel spiritaliter, vel carnaliter. Carnaliter, nego me dixisse vt cogitatis: quoniam hæc comedendi ratio nihil prodest. Sed spiritaliter testor me dixisse: & hoc genus manducationis ad vitam esse necessarium. Sic, inquam, mollissimus nexus est solutionis: & vis solida. Ast ex Papistarum mente vniuersalissima est, vt applicari possit cuicumque dogmati fidei Christianæ, peritæ vel interpretato, vel impugnato: Quomodo Paulus prioris ad Corinthios 2. dixit, *Hominem vultu, animalium, non esse capax eorum quæ sunt Spiritus Dei.*

XXV. Pergit Michael argumentando, Christum toto capite consueto sibi more prius ad quæstiones Capharnaitarum respondisse: de ad arguisset quod non crederent: causam etiam adiecit infidelitatis huiusmodi, *Omne quod dicit vobis Pater ad me uenisset. Et iterum, Non potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Qua consuetudine hæc quæque sententia castigari, quod spiritu necessario ad credendum destituti essent, deprehendes si *αὐτῶν* omnia accurate obseruabis.

XXVI. Dato veniam nobis in tantis tenebris cæcutientibus. Profitemur nihil huiusmodi videre, aut scire quid sit, *αὐτῶν* omnia obseruari: neque adeo vim vllam sentimus argumentationis. Toto capite, inquit, respondit primum ad quæstionem: deinde arguit quod non crederent: & tamen non nisi duos vericulos annotat: ex tam prolixo capite. Quasi quis diceret, tota terra segetum ferax est: & indicaret Siciliam, Ægyptumque. Sanulæ? At qui inquam, verum est iis locis, primo responsum esse ad quæstionem, deinde increpatam esse incredulitatem. Sed in reliquo sermone aliter. Vt cum dictum, *Hoc illud est opus Dei: ut credatis in eum quem misit ille.* Et iterum, *Non dedit vobis Moses panem illum caelestem* Et tertio, *Nisi ederitis carnem Filij hominis.* His inquam, locis, responsum est ad quæstionem absque vlla incredulitatis increpatione. Cur non dicam potiori iure, si diligenter attendis, & omnia *αὐτῶν* obseruaueris, te comperturum hoc loco non fuisse castigatam incredulitatem, sed responsum ad quæstionem?

XXVII. Amplius dico: Si verum est, temper Christum primo respondisse, dein castigasse: tum vero necesse est, hæc verba continere responsum, non vero castigationem. Tertius enim habet tres partes Primam, *Hoc vos offendit: Quis si igitur conspiceretis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?* Secundam, *Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam: verba quæ ego loquor vobis, spiritus et vita sunt.* Tertiam, *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.* Itaque aut responsum nullam esse oportet ad quæstionem, aut esse in aliqua harum partium. Non est autem in prima: quia hæc agat de persona Christi, teste Thoma, vt doceret esse à cælo. Non in tertia: Nam in ea manifesta est exprobratio incredulitatis: Ergo secundam oportet continere responsum ad quæstionem. Oportet igitur illam carnem, non significare incredulitatem Capharnaitarum: sed ipsam quæstionem designare de manducatione carnis Christi.

XXVIII. Tertium argumentum Michaelis. Quod statim post hæc verba subiecerit, *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Quæ inepte adiecta videri merito possent, & nullam ἀνταρτίαν haberent, nisi eo modo acciperentur, ac si dixisset, Caro non prodest quicquam ad credendum, sed spiritus: at verba mea sunt spiritus: sed vos non creditis, quia carnales estis. Id enim est,*

quod subsequitur. Propterea dixi vobis, quia nemo potest ad me venire, nisi ei datum fuerit à Patre meo, significat enim, propterea se antea dixisse neminem ad se venire posse, nisi à Patre tractum, quia caro non prodest quicquam, sed spiritus est qui viuificat.

XXIX. Imo illud, *Sunt quidam qui non credunt, non refertur ad illud, Caro non prodest quicquam*; sed ad illud, *Durus est hic sermo*: Testis est Thomas, apud quem hæc est sermonis circumspectio. Postquam compressit litigium Iudæorum & murmur, consequenter Dominus sedat scandalum discipulorum. Et primo agitur die scandalum discipulorum recedentium: secundo, examinatur deuotio remanentium: ibi, *Dixit Iesus ad duodecim. Circa primum tria facit. Primo, ponitur scandalum discipulorum: secundo benignitas Christi ad reprimendum ipsum: ibi, Sciens autem Iesus. Tertio, ponitur pertinacia & incredulitas recedentium: ibi, Ex hoc muti discipulorum. Et explicato primo membro, venit ad secundum, Ponitur benignitas Christi ad sedandum scandalum. Et primo denuntiat & manifestat scandalum: secundo remouet causam scandalum: ibi, *Si ergo videritis, tertio inuist ipsam causam, ibi, Sed sunt quidam. Paulo post in expositione 2. membri, Tollit occasionem scandalum: qui quidem erat de persona dicentis, & de verbis d. his. Et ideo remouet occasionem scandalum quantum ad personam dicentis: secundo quantum ad verba: ibi, Spiritus est. Denique in exponendo 3. membro, Demonstrat causam scandalum: quæ erat infidelitas eorum: quæ si dicat, causam scandalum v. strum non est duritia sermonis, quem loquutus sum vobis, sed infidelitas vestra. Ex hac distributione res est manifesta. Nam in tribus membris, in quæ factum est primæ diuisionis membrum secundum, In illis, inquam, tribus membris, secundum, in quo continetur benignitas Christi ad reprimendum scandalum incipit a verbis *Sciens autem Iesus*: & definit ante ista, *Ex hoc multitudine discipulorum. e. us abierunt retro*. Hoc autem secundum totum refertur ad sedandum illud scandalum, *Durus est hic sermo*. Itaque cum in postremo huius commate audis, *Sed sunt quidam qui non credunt*. Ea causa est, quare caro non prodest quicquam, ut supponebat Sophista omnia perturbans inconsiderate, & imperite.**

XXX. Et vero quis possit concipere hæc somnia? Caro non prodest quicquam ad credendum, sed spiritus: at verba mea sunt spiritus: sed vos non creditis, quia carnales estis: & copæ quidem hæc sunt dissolutæ per particulas aduersariuas perpetuas. Nisi forte illud, *At verba mea sunt*, intelligas non aduersariuæ: sed quomodo in scholis notari solet subsumptio: vt, Omnis homo est animal: At Petrus est homo: Vt ita subsumat Christus sua verba esse non carnem, sed spiritum. Esto sane. Sed tunc quid est? *Sed vos non creditis?* Ad quid referas aduersariuam particulam? Non enim ad proximum, *Verba mea sunt spiritus*. Quæ enim ratione opponeretur? Ergo ad remotius, *Caro non prodest quicquam ad credendum*. Quod rursus fateor me non intelligere. Tum autem, *Vos non creditis, quia carnales estis, etsi verum esset, tamen non dixit Christus. Est autem petenda interpretatio verborum Christi, non ex quibuscumque verbis, sed ex iis, quæ Christus dixit. Nam alioquin facile est fingere, hoc illudve dici posse, vel dici potuisse.*

XXXI. Quartum argumentum Michaelis, à certissima regula, quæ nullam habet in Scripturis sacris exceptionem: quod quotiescumque nomen carnis opponitur nomen spiritus, non pro carnis natura, sed pro infirmitate & culpa quæ nascitur ex humana carne, nomen accipi oportere: Genesios sexto: Matthæi 6. & 26. Ioann. s. 1. & 3. Ad Roman. s. & 9. Cui ergo etiam hoc loco videamus opposita esse, nomen carnis, & nomen spiritus necesse est carnem pro culpa & infirmitate accipere: quæ cum nefas sit in Christo ponere, consequens est verba illius, non de sua carne, sed auditorum imbecillitate intelligenda esse.

XXXII. An tu? Semper, & sine exceptione, carnem oppositam spiritui culpam esse? Quomodo igitur illud interpretaris Petri 3. primæ, *Moribus quibusdam carnis, viuificatus autem spiritus*? Et Pauli 1. ad Romanos, *Facto ex semine David secundum carnem: declarato Filio Dei potenter secundum spiritum sanctificationis*. Nam in istis caro opponitur spiritui manifestissime, & in Christo. Quid ergo? Fallumne est in Christo nefas ponere culpam & infirmitatem? An potius carnem significare culpam & infirmitatem?

XXXIII. Sed enim, quid tibi vis? Nempe non significari ipsam carnem Christi naturam. Cur disputas? Aut quis tibi negabat? Nam nos quidem hoc tantum, nihil pertinere ad carnem Christi, vt expressimus: non ipsam simpliciter, sed secundum captum aduersariorum, id est, carnem carnaliter sumptam: quæ quidem notio nihil in Christo ponit culpæ infirmitatis, sed in Iudæis non parum stupiditatis. Hoc si tu velis, pax esto: sed non efficies tamen, vt hæc caro nihil pertineat ad carnem Christi: quum sit impia Capernaïtarum cogitatio de carne Christi comedenda.

XXXIV. Quintum argumentum Si colligatur ex eo, quod Christus ait carnem suam non prodesse, non dari re ipsa nobis ad manducandum: colligi quoque posset eodem modo, ne per fidem quidem à nobis debere manducari. Quia si non prodest eum fide re ipsa sumpta, multo minus proderit eam fide non re ipsa sumpta.

XXXV. Calumniator: quis negavit carnem Christi cum fide re ipsa sumi? Certè non disputas aduersum nos: quibus realis sumptio tam persuasua est, quam cuiquam debuit. Repono carnalem sumptionem, vt ne fis calumniator: Quamquam non sanus disputator. Non enim si non prodest caro Christi carnaliter manducata: ideo non prodest fide spiritualiter manducata.

XXXVI. Nihil est ergo causæ cur quisquam neget hæc verba pertinere ad eam carnem de qua edenda sunt acta tam multa in præcedentibus. Nam & Cyprianus de Cæna Domini, expressit, *In cogitationibus huiusmodi, caro & sanguis non prodest quicquam*. Itaque quæ sit alia effugia, & disputatum quo sensu Cæsar Bullingerus 1. partis contra tractatum Orthodoxum segmen. 22. negat vllam fieri mentionem manducandæ carnis, bibendive sanguinis Christi: & qui contradicat hunc dicere album esse nigrum, & nigrum album.

XXXVII. Peremptorio videlicet edicto, cui non liceat intercedere. An vt Iulium Cæsarem æque exprimat re ac nomine? Et perpetuum in Theologia Dictatorem ætas habeat nostra? Sic est sane: nam alioquin tantum subicitur argumentorum, quantum est in sylua piscium. Sed nobis persuadere nullus Dictator potest Christum à corpore suo esse loquutum, & nihil pertinentiam ad scandalum Iudæorum. Lyranus æconomiam describens, Posita, inquit, doctrina Christi, hic consequenter exponitur: & primo ponitur eius expositio: secundo ex hoc ostenditur aliquorum reprobatio, & aliorum confirmatio,

ibi, Ex hoc multi. Prima in Iudæis, quia primo ponitur expositionis occasio, secundo, ipsa expositio, ibi, Sciens autem Iesus. Postea itidem, vt paulo ante Thomas, geminum caput doctrinæ distinguit exponendæ: vnum de defensione à cælis: alterum de manducatione carnis: Spiritus est. Hic exponit secundum de quo murmurabant, scilicet quia dixerit carnem suam esse cibum necessarium ad salutem: & ipsi intelligebant hoc, ac si daretur in propria specie. Paulo post, *Caro non prodest quicquam manducata eo modo, quo intelligebant: non esse utilis, sed magis horribilis*. Et, intercessum est Iulij Cæsaris edicto: & assertum, factam esse mentionem manducandæ carnis Christi.

XXXVIII. Habemus ergo carnem vocabulo significari hoc loco carnem Christi: & quidem manducandam: quod agnouit magna pars etiam Papiatarum. Sed quomodo? Nam in hoc laborant vehementer, occasio etiam sumpta ex Veteribus. Sunt ergo qui explicit carnem ipsam Christi & quidem comedendam, sed secundum se. Stapletonus Antidoto in hunc locum, Vera verborum expositio hæc est, Caro Christi si sola esset, & mere humana, qualem Capernaïtæ intelligebant, non prodesset ad vitam: At quia Spiritus & diuinitatis caro est, ipsique coniuncta, prodest, & efficacis est ad vitam: diuinitas enim per ipsam viuificat. Tholosanus dialogi 17. partit. 1. Vocabulum Spiritus significat deitatem Filij Dei. Caro eius humanitatem. Itaque Christus docet, vnde expectandus sit fructus quem dixerat. Docet igitur se non esse hominem tantum, sic enim eius carnem non profuturam, sed etiã Deum: diuinitatem porro producturam hos magnos effectus. Autores laudant Cyrillum 4. in Ioannem c. 23. & 24. & de Ciuitate libri 10. c. 27. Athanasium libro de Incarnatione Christi, & in illud, *Quicquid dixerit: verbum aduersus Spiritum Sanctum*. Damascenum 4. de Orthodoxa fide 14. Sic enim Stapletonus enumeravit: sed fortuito, vt videtur: certe immerito, Athanasium, & Damascenum, & Augustinum.

XXXIX. Cyrillum non nego. Cuius verba lego. *Non imperite, inquit omnino viuificam carnem esse negatis. Nam si sola intelligitur, nihil prodesse viuificare potest, quippe quæ viuificante indigeat. Cum vero incarnationis mysterium laudabili cura scrutatis furibus, & habet autem in carne cognouit, quoniam nihil penitus caro per se ipsam posse, nisi am esse factam creditu, nisi etiam Spiritum Sanctum non posse viuificare contendatis. Nam quoniam cum viuificante Verbo caro coniuncta est, tota est effecta viuifica. Non enim ad corruptibile suam naturam iunctum Dei verbum deuari: sed ipsa ad melioris vite: em eleuata est. Quoniam ergo natura carnis, & caro est, viuificare nequeat, facit tamen hoc quia totam v. vbi operationem suscepit. Corpus enim est non cuiusvis hominis, cuius caro prodesse quicquam non potest (non enim Pauli aut Petri, aut ceterorum) sed ipsius & à Saluatoris nostri Iesu Christi corpus, in quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat, facere hoc potest. Hæc ille: & alia nouilla.*

XL. Sed cuius, quæso, ingenij est, vnius solitarij doctoris sententiæ hærerere, cæteris omnibus neglectis: & quidem nullo prolato argumento? Nam qui in has partes ierunt, omnibus id vitium fuit, vt non expendant quare ita Cyrillus sonferit. Vnde vehemens argumentum, non electione huc esse delatos, sed necessitate: & tanquam tempestate non in portum, sed in breuia compulsos.

XLI. Atqui hæc aliena foret Christi responsio. Quandoquidem non id contouertebant Iudæi, vtrum caro Christi dare vitam possit manducata: sed omnino, vtrum esset manducanda. At si Cyrillo credimus, non responderit Christus, quomodo sit manducanda: sed tantum, si manducaretur, futuram viuificam. Quod tamen sapius erat iam inculcatum. Quis autem nō videt, quanto facilius, & dignius respondere ad quæsitum? Non poterant autem Capernaïtæ, posita manducatione, dubitare de vita saltem ad tempus, cum haberent experientiam testem. Neque enim carnes pecudum sole: sed etiam humane seruierunt alendo corpori.

XLII. Hic Maldonatus, Noluit, ait, Christus respondere quæstioni illi, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum. Sed verbis illis discipulorum, *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire*. Durum autem dicebant esse sermonem, quia dixerat, neminem vitam habere posse, nisi carnem suam manducaret, testibus Chryostomo, & Euthymio. Itaque docet quæ ratione caro sua vitam tribuat, non quia caro, sed quia cum spiritu coniuncta est.

XLIII. Imo, inquam, Christus ad vtrumque respondet. Quia videlicet vtrumque refertur ad idem. Nam discipuli durum sermonem non dicebant nisi propter horrorem humane carnis manducandæ. Vin' testes? Villagudum audi, *En carnalium verb. Durus est hic sermo (aiunt) que n loquitur de comedenda carne viui hominis, & bibendo sanguine: non posse quenquam viuere, nisi edat eius carnem, & bibat eius sanguinem, quippe hoc fecerit cum vltimum in ate: num. lansenium, Durus est hic sermo. de comedenda, scilicet carne viui hominis, & bibendo sanguine eius. Carthusianum, Quis potest eum auire tam sonet tam male, Quasi dicat, blasphemare videtur, & obturanda sunt aures. Vt ba siquidem Christi de comestione sua carnis potiusque sanguinis carnaliter intelligebant, putantes quod sic promitteret se daturum suum corpus ad manducandum sanguinemque ad potandum quomodo a lij cibus ac potus a; ponuntur. Gorranum, Discipulorum murmuratio erat ex hoc, quod dixerat carnem suam dari ad manducandum. & quod sine hoc non est salus. Et paucis interpositis, Multi ergo ex discipulis eius audientes, quod nunc dictum est de manducatione carnis, dixerunt, durus est hic sermo, id est, rudelis & inhumanius. Humanam etenim carnem manducare quis posset? Quis potest eum audire? Non dicunt credere sed audire, propter horribilitatem. Glossam ordinariam, Multi carnaliter sapientes quasi particulatim carnem qua indutus eras, se eis daturum promitteret, contra naturam esse putant, & cibum hominum humanam carnem dari. Ex hos omnes Papias.*

XLIV. Sed vetustiores. Euthymius, *Durus est, hoc est, agre admitti potest hic sermo, puta de ipso comedendo.* Theophylactum, *Tis ἦν ἄρα ἐκείνους ὅτι δὴν ἀδύνατον ἔκαστῳ καὶ κατὰ φύσιν ἐπιβρωθῆναι τὸν ἄλλου καὶ πινῆναι τὸν αἷμα, καὶ οὐκ ἐπιβρωθῆναι τὸν ἄλλου καὶ πινῆναι τὸν αἷμα, καὶ οὐκ ἐπιβρωθῆναι τὸν ἄλλου καὶ πινῆναι τὸν αἷμα.* Quis enim carnis, possit admittere spirituales cibum: panem e celo delapsum carnem comedam. Alcuinus ex Augustino, Prouoluerunt, ita intellexerunt, & more hominum, quia apud eos erat (in Augustino, quæ poterat, incertum an melius) Iesus, aut hoc disponebat Iesus, carnem qua indutus erat verbum velut in consisam, (in Augustino melius, velut in consisam) distribuere credentibus in se. Rupertus, *Ille quidem durus eras hic sermo, quo dixerat Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Primum, quia sic intelligebant secundum carnem quæ non*

soli sapiant, quod concidi, & sic manducari oportere dixisset carnem suam qui...

XLV. Hi nobis testes: ut alios missos faciam. Neque contra aut Chrysothomus, aut Euthymius: quorum neuter prolixus, aut disertus...

XLVI. Constat ergo quaestionem hanc fuisse; Vtrum credendum esset, eius futuram cuiquam carnem Christi...

XLVII. Neque haec sola thesibus argumentum suppeditat: sed & sequentia. Nam quod est, quae lo, Verba mea spiritus & vita sunt? Etingamus sane, sic loquutum fuisse Christum; Deitas mea, ea est quae uiuificat...

XLVIII. Hac sic explosa Cyrilli explicatione, videamus alias. Apud vnum Pererium disputatione quadragesima tertia in sextum Joannis hanc inuenio...

XLIX. Verum haec Augustini, Cyrilli que nomina gratis sunt addita. Certe Cyrillus in tota horum verborum explicatione, nihil habet, quod ad Sacramentum torqueri queat...

L. Superst alia interpretatio, quae carnem intelligit cogitationem illam carnalem Capernaitarum de comedenda Christi carne...

LI. Respondeo, illud de dilaniatione vel praecise dici, vel ut ei trans. Priori modo, ut nulla alia interpretatio sit admittenda, nisi quae huic dilaniationi mordicus haereat: vnde differentia sit manducandi, puta haedum, qui quia non potest totus in os ingredi, ideo in particulis secundum est...

digmata vehementia, non vtiis solis haereatur, sed vt vehementius animam moueant. Matth. 10. Ego mitto vos sicut oves in medio luporum...

LII. Hs postis dico interpretationem propositam facile a nobis admitti posteriori modo: Nempe Capernaits, nihil nisi carnale cogitantes, ac proinde manducationem concipientes nullam nisi per corporis instrumenta, os, dentes, palatum, oesophagum, stomachum, damnati verbis istis: cuius manducationis...

LIII. Tertullianus cap. 37. de Resurrectione carnis, Sic & si carnem ait nihil prodest: ex materia dicti dirigendus est sensus. Nam quia durum & intolerabilem existimauerunt sermonem eius, quasi vere carnem suam illis comedendam determinasset, vt in spiritu disponeret statum salutis, praeiussit, Spiritus est qui uiuificat: atque ita subiunxit, caro nihil prodest, ad uiuificandum scilicet. Exsequitur etiam quid velit intelligi spiritum: Verba, quae loquutus sum vobis, spiritus sunt, vita sunt. Sicut & supra: Qui audit sermones meos, & credit in eum qui me misit, habet vitam aeternam, & in iudicium non ueniet, sed transit de morte in vitam...

LIV. Cyprianus in de Cena Domini, Orta fuerat aliquando, sicut in Evangelio Joannis legitur, de nouitate uerbi huius, quae: & ad doctrinam mysterii huius obstupuerant auditores, cum diceret Dominus, Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis...

LV. Augustinus in Ioannem tract. 27. Quid est ergo, non prodest quicquam caro? Non prodest quicquam, sed quomodo illi intellexerunt, carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in caduere dilaniatur, aut in macello uenditur: non quomodo spiritus uogetatur. Paulo post; Sicut illi intellexerunt carnem meam, non sic ego do ad manducandum carnem meam. In Psalmum 98. Scandalizati sunt quidam discipuli eius, septuaginta ferme, & dixerunt, Durus est hic sermo: quis potest hoc intelligere? & recesserunt ab eo, & amplius cum eo non ambulauerunt...

LVI. Hæ sunt Veterum in eum locum' commentationes. In quibus primo obseruandum laniationem legi duntaxat apud Cyprianum, & Augustinum. Nam reliquos generalius manducationem carnis *ὁφειλομένη*. Cerre Cyrillum *Ἐκκοφίζαν* dicere: quæ tam laniationem continet, quam deglutitionem: ut proinde utramque à Cypriano excludi sit manifestum. Nisi cum Psalmo 14. legas, *Deuorant plebem meam*; neges fuisse quod indignaretur Propheta, nisi addidisset, *Sicut escam panis*, quæ phrasim laniationem exprimit.

LVII. Secundo, Chrysofomum *ἑμφατικώτατα*: negare verba Christi, quicquam habere carnale, *ἔδεν ἔχοντα Ἐκκοφίζαν*. Mirum pondus. Cerre carnalis manducatio, non tantum habet laniationem: sed etiam dentium, palati, œsophagi, stomachi officia: & quidem tam propria, quam laniationem: ne dicam magis. Quare persuasissimum fuit Chrysofomo Christum qua opera negauit carnis suæ manducationem habere quicquam *Ἐκκοφίζαν*, remouisse etiam dentes, palatum, œsophagum, stomachum: quæ membra tamen & necessario, & disertissime retinent cum Capernaiticis olim, etiam hodierni Papistæ. Adde *σωάνυμα*, non omiſſa Chrysofomo: liberationem ab omni necessitate *πεινῆς*, id est, cuiusmodi est in manducatione carnali: Sed & libertatem ab omni consequentia naturali. Quid enim hoc est? Editur: ergo in frusta minuitur, laniaturque: ergo in os ingeritur: ergo dentibus manditur: ergo per gulam demittitur: ergo in stomachum defertur: ergo concoquitur: ergo digeritur: ergo pars in excrementa seceratur. Quid plura? Hæ omnes sunt *φυσικὰ ἀπολύσεις*. Has omnes *φυσικὰς ἀπολύσεις* abominatur Chrysofomus: Et, *Nullam habet, inquit, naturalem consequentiam*. Quis hic sensus est? Nempe Capernaitarum hæc erant phantasmata, & huiusmodi Chrysofomi *λύσεις*. Edenda est caro Christi: Ergo lanianda: Nego. Ergo mandanda: Nego. Ergo per gulam: Nego. Ergo in stomachum: Nego. Ergo cum digestionem: Nego. Ergo cum excrementis: Nego. Sic ille tollebat omnes consequentias naturales: quarum vnā si concesseris, ὅ tu quicunque es Papista; tum statim mentium dixeris Chrysofomus: At nos te potius insanam.

LVIII. Tertio, Chrysofomus huic carnali imaginationi, mysticum sensum opponit: *ἀπειθεῖς*, inquit, *μυστικῶς νοεῖν*. Atquin non tantum laniatio, sed ne deglutitio quidem mysticus est sensus. Nam is mysticus sensus dicitur, qui discedit à litera, id est, non significatur ex proprio literæ vsu. Ideoque quam late patet vocabulorum propria significatio, tam late necesse est patere literalem sensum, excludique mysticum. Ut, quia animal contrinet propria sui notione, tam hominem quam bestiam: profecto qui animal dixerit esse mortale; ita proprie dictum asseret de homine, ut tamen non mystice asserat de bestia: etiam si bestia non sit homo. Dico igitur per manducationem intelligi proprie non tantum laniationem, quam solam horrent Papistæ, sed etiam deglutitionem, quam adorant. Hoc in promptu est probare, quandoquidem ipsi contendunt à manducatione carnis Christi arcendum omnem tropum: vnde sequitur necessario retinendam propriam notionem. Quare mentium esset Chrysofomus, asserens oportere hæc verba *μυστικῶς νοεῖν*.

LIX. Et hæc quidem obseruata digna sunt. Nam ut maxime verum esset, Augustinum, Cyprianumque totos hæsisse, itidem ut Papistas, illi quem diximus laniationem, tamen non minoris nominis Cyrillus & Chrysofomus, non deberent nullo haberi numero. Imo, ut species posita non solet genus tollere, non propterea mentiti essent Cyrillus & Chrysofomus, quod contra dicitur loquuti Cyprianus & Augustinus: ut qui homines docet esse mortales, non propterea negat omnia animalia esse mortalia. Sic igitur & vere Cyprianus, ac Augustinus dixerit laniationem à Christo damnari: & vere rursus Cyrillus, Chrysofomusque verba Christi habere quicquam carnale.

LX. Sed tamen non patiar Cyprianum, Augustinumve, videri tam portentose *ἀνοήτους*, ut ei laniationi modicus hærentes, ne latum quidem vnguem inde discesserint. Cerre Cyprianus, non sectam dixit duntaxat, sed etiam assam, & elixam: crudæ non meminit. Quæ si præcisa consideratio est, profecto eodem iure neges huic improbatum crudæ carnis esum, quo neges improbatum deglutitæ. Et si elixam assamque dicas nominatam *ἄς ἢ τὴν πρῶτην*; ut ne cruda quidem admittatur: tum nos æque liberi sumus sectam ita interpretari, ut ne integram quidem exclusam oporteat.

LXI. Augustinus dixit, Sacramentum aliquod fuisse commendatum: & distinctum visibiliter celebratum, ac inuisibiliter intellectum. Eodem sensu, quo Chrysofomus dixit *μυστικῶς νοεῖν*; id est, aliter quam sonet litera. Vnde exposuit non ipsum comedi corpus quod erat crucifigendum, sanguinemve, qui effundendus. Itaque Sacramentum intelligendum ita est, vt etſi corpus dicatur comedendum, tamen intelligatur corpus non comedendum. Quomodo? Nihil admodum difficile: Sed vt in omni metaphora, id ipsum non dicitur, quod videtur dici: Prata rident, quæ tamen rident minime. Populum comedunt, quem tamen non comedunt. Ego sum vermis, & non homo: qui tamen non vermis erat, sed homo. Et omnia similia similiter. Sic omnino corpus comedendum, negauit Augustinus comedendum: sanguinem bibendum, negauit bibendum. Reuera enim, & ad sensum literæ, quomodo prata non rident, etſi rideant: sic corpus Christi non comeditur, etſi comedatur. Denique quomodo illud, *Ego sum vitis*. Toletus exponit, *per similitudinem, non per substantiam, Christus vitis*.

LXII. Atque hæc actum esto de interpretatione verborum Christi. Summa est, in *Caro non prodest quicquam*, improbari sensum illum crassum, carnalem, bestialem, qui obseruabatur animis Capernaitarum, cum audirent Christum loquentem de comedenda carne. Et quia non loquebatur de carne agnina, aut bubula, sed de sua; ergo & de carnis ipsius Christi manducatione improbari necesse est sensum illum Capernaiticum. Hunc autem ita concipiendum, vt omnem carnalis manducationis rationem, modumque in se comprehendat, id est, vt loquebatur Chrysofomus, *πῶς ἂν φυσιολογῶν ἀπολύσει καὶ ἀνάλυσει*. Itaque habemus plenam demonstrationem argumenti nostri, cuius τὸ κενὸν ἰσχυρὸν fuit, Manducatio

corporalis (nimirum formaliter) carnis Christi est inutilis. Quo confirmato restat conclusio: Ergo manducatio corporalis carnis Christi, non est à Christo instituta.

CAP. XI.

Manducationem corporalem esse impiam.

I. Secundum argumentum probandæ assumptioni, quæ adstruebat, non esse à Christo institutam corporalem manducationem hoc esto. Nihil mali institutum est à Christo: At carnis Christi manducatio carnalis est mala: Ergo non est instituta à Christo. Maior per se patet, & inter Christianos est absque controuersia.

II. Minor probatur, quod *κρεωφαγία* siue *ἀδωροφαγία*, semper fuerit horrori. Augustinus tertii de doctrina Christiana cap. 16. *Si præceptiua locutio est, aut flagitium, aut facinus vetans, aut utilitatem aut beneficium iubens, non est figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur iubere, aut utilitatem aut beneficium vetare, figurata est. Nisi manducaueritis, inquit, carnem Filii hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis: facinus vel flagitium videtur iubere: figurata est ergo, præcipiens passioni Domini esse communicandum, & suauiter atque utiliter recordandum in memoria, quou pro nobis caro eius crucifixa, & vulnerata sit. Idem secundi contra aduersarium legis & Prophetarum c. 19. Nos autem audiamus & intelligamus duo testamenta in duobus filiis Abrahæ, duabusque mulieribus eius commixtione foratis: sicut duos in carne vna, Christum & Ecclesiam, istis nolentibus, sine vlla obscenitate cognoscimus: sicut mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum carnem suam nobis manducandam, bibendumque sanguinem dantem, fidei corde atque ore suscipimus: quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quam perimere, & humanum sanguinem potare, quam fundere. Cyrillus 4. in Joannem 22. Ex imperitia, multi qui Christum sequebantur, verba ipsius non capientes, perturbabantur. Nam cum audissent, Amen, amen dico vobis, nisi comederitis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, ad immanes ferarum mores vocari, se à Christo arbitrabantur, incitarique vt vellent crudas hominis carnes manducare, & sanguinem bibere: qua vel auditu horribilia sunt.*

III. Hanc ob causam obseruatum est Patribus Christum voluisse in hoc Sacramento vti pane & vino, quorum vsurpatio nullum habeat horrorem. Ambrosius c. 4. quinti de Sacramentis. *Sed forte dicitis, speciem sanguinis non video. Sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretium tamen operetur redemptionis. Idem primo sexti, Vbi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, sed audientes quod carnem suam daret manducare, & sanguinem suum daret bibendum, recedebant: solus tamen Petrus dixit, Verba vitæ æterna habes, & ego à te quo recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis: ideo in similitudine quidem accipis Sacramentum, sed vera natura gratiam virtutemque consequeris. Augustinus apud Paschasium de corpore & sanguine Domini cap. 4. & apud Gratianum de Consecr. distinct. 2. capite Virum sub figura. *Quia Christum vorari fas dentibus non est, voluit in mysterio hunc panem & vinum vere carnem suam & sanguinem consecratione Spiritus Sancti potentialiter creari. Lombardus 4. distinct. 11. legm. 5. Sub alia autem specie tribus de causis, carnem & sanguinem tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit: vt fides scilicet haberet meritum, qua est de his, qua non videntur: quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Et ideo etiam ne abhorreret animus, quod cerneret oculus: quia non habemus in vsu carnem crudam comedere, & sanguinem bibere. Quia ergo Christum vorari dentibus fas non est, in mysterio carnem & sanguinem commendauit. Et etiam ideo, ne ab incredulis religioni Christiana insularetur. Vnde Augustinus. Nihil rationabilius, quam vt sanguinis similitudinem sumamus: & ita veritas non desit, ridiculum nullum fiat à Paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, & ne veluti quidam horror etiam cruoris, in similitudinem accipimus Sacramentum. Sed hæc postrema Augustini verba distinctius extant apud Gratianum eodem illo Canone, Virum sub figura. *Nihil rationabilius, vt quia nos iam similitudinem mortis eius in Baptismo accepimus, similitudinem quoque carnis & sanguinis sumamus: ita vt & veritas non desit in Sacramento, & ridiculum nullum fiat à Paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Si enim discipuli patienter ferre nequaerint, quod Dominus dixit, Qui non manducat carnem meam: & cetera: sed dixerunt, Durus est hic sermo, quomodo ergo ferrent ista increduli? Theophylactus in Matthæi 26. *ἵνα ἵνα ἄδωνὸς ἵνα μὴν, ἵνα ὅτι αὐτὸ ἵνα ἡμῶν καὶ καὶ ἐδὲν αὐτῶν, ἵνα ἀδωρὰ περὶ σάρκα, ἀδωρὰ τοῦ ἀρτοῦ μὴν ἡμῶν φασί, ὅτι ἔστιν ἵνα ὄντως, ἵνα ἀδωρὰ περὶ σάρκα, ἀδωρὰ τοῦ ἀρτοῦ μὴν ἡμῶν φασί, ὅτι ἔστιν ἵνα ὄντως. Quia sumus infirmi, neque admiserimus carnes crudas comedere, & quidem hominis, propterea panis nobis apparet, reuera autem caro est.****

IV. In his testibus notanda hæc sunt. Primo, nostri syllogismi propositionem minorem perpetuo consenti haberi verissimam: videlicet manducationem carnis humanæ, potumque sanguinis, esse quid scelestum, facinosum, crudele, horrendum. Quo axioma tota constat vis argumenti. Adeo vt eo concessio, conclusio sit in tuto. Secundo: noluisse Christum vt id flagitium admitterent Christiani: neque adeo Ethnici occasionem haberent traducendi fidem Christianam. Tertio: eam causam fuisse vsurpatorum externorum signorum, siue ea sint vera & naturalia, vt tenent Catholici; siue quid aliud, vt somniant Papistæ: neque enim nunc interest. Quarto: inde consequens esse, vt verba illa Christi de manducanda sua carne, & bibendo sanguine necessario exponantur per figuram.

V. Varium est solutionis artificium. Petrus Michael capite decimo Dialogi primi. Apostolicis Scripturis, atque potissimum fidei nostræ mysteriis, regulæ istius vsu aduersari, docet aliquot exemplis. Doctus à

duationem spiritualement carnis Christi: verum absque vilo præiudicio realis.

XIX. Hanc esse Augustini mentem probat Bellarminus argumento gemino. Vno; quod tropi causam assignet, ne scelus aliquod, flagitiumve præcipi videatur. Scelus autem futurum sit, Christi carnem occidere, secareque in partes: non autem spirituali quodam modo eam fumere absque vlla eius læsione. Altero, quod explicet quæ sit sensus literalis, qui scelus sonare videatur: nempe cum putarunt Capharnaitæ carnem eam lantandam, vt in macello.

XX. Infitio. Primum, omnino figuratam dici ab Augustino eam locutionem de manducanda carne Christi, & bibendo sanguine. Quod si verum: Ergo in ea interpretanda necesse esse recedi à literalis sensu: quod tamen nondum poteramus obtinere à Sophistis nostris.

XXI. Secundo, quia non necesse omnia verba abduci à proprio vsu: sed sufficit tantum aliqua, vt fiat figurata loquutio: concedo in hac locutione, non esse necesse vtrumque & carnis, & manducandi vocabulum figurate interpretari. Vtrum ergo, inquit: Vtrum voles: inquam. Nam nunc quidem perinde est; ad Augustini quidem mentem. Nam quæ figurata locutio opponitur literalis: & hæc carnalem manducationem infert: sufficit figuratam esse; vt hæc carnalis expungatur manducatio: quam obtinere non possumus, vt missam faciant Sophistæ. Quid ergo? Conceduntne carnem dici figurate, vt Bellarminus explicat, pro pane, quo significetur caro? Tum vero negem constanter manducandi vocabulum tropicum esse. Nam vel sensus ipsi docent ad literam manducari hanc carnem, id est panem. Ac proinde non illam carnem, quæ proprie CHRISTI est. Ingenue tamen dico non videri eam esse Augustini mentem.

XXII. Hanc potius, vt figura sit in manducando: nam communicare, & recondere in memoria, explicant potius verbum manducandi; quam nomen carnis. Tum autem cum inueteretur in eam formam, id verbum, tum vero retinetur caro diserte, Quod pro nobis, ait, caro eius crucifixa ac vulnerata sit. Quod de pane proprie & absque figura dici nequit: vnde sequeretur vtrumque terminum esse improprium, quod neque dabant Papistæ: neque nos vero postulabimus.

XXIII. Itaque concedimus libentes figuram dici ab Augustino, non ratione substantiæ carnis: sed modi sumendi. Sed hic modus quis sit non æque consentimus. Nam nos quidem ita distinguimus, vt sumendi modus sit vel proprius, vel figuratus. Proprium dicimus in manducatione proprie nominata. Itaque figuratum in manducatione figurata, quæ videlicet nihil habet commune cum propria, & excludat omnem membrorum corporis functionem, atque adeo, os, dentes, stomachum. Et sic Augustinum docemus intelligere. Vnde? Quoniam videlicet manducare interpretatur, communicare passioni Domini: & hoc ipsum, recondere in memoria. Nam neque passionis communicatio, in eum modum corporalis esse potest; tum quia passio, mors est, & mors non comeditur: tum quia eadem vel futura erat, cum sic loqueretur Christus; vel præterita, cum interpretaretur Augustinus: quæ autem vel futura sunt, vel præterita, non existunt actu: At quæ comeduntur realiter & proprie, ea oporteat actu existere. Neque vero etiam recondere in memoria, pertinere potest ad illa corporea membra, quibus manducatio propria conficitur.

XXIV. Ridemus vero etiam Sophistarum subtilitatem. Manducationis duos esse modos, vnum visibilem, alterum inuisibilem: vnum viui corporis, alterum occisi: vnum integri, alterum lacerati: vnum cocti, alterum crudi. Esto sane, inquam: vt ne semper diuinæ subtilitati contradicamus. Sed quid ad Augustinum? Nam ille modum postulat figuratum: & quidem ita figuratum, vt sit recondere in memoria. Vin dicam clarius? Tu statuis duplicem modum, alterum crudi corporis, alterum cocti: & vis hic non coctum, sed crudum esse. Atqui si paulo libuisset vterius progredi, rursus huius cocti modi, duos distinxisses modos, assum & elixum: quos Cyprianus annotauit. Quæro ex te, vtrum ea distinctione postea liberum sit tibi, vel cuiquam elixum Christi carnem comedere? Minime, inquit: nam siue elixæ, siue crudæ: ex coctæ essent: atqui negamus coctas comedi. Recte, inquam: neque enim satis est distinguere, nisi etiam distinctio sit ad rem. At ego dico, tibi nunc similem accidisse nugationem. Nam Augustinus modum distinxit proprium & figuratum: istumque delegit, illum reprobauit. Quemadmodum ergo, cum eligenti tibi modum crudum, reprobatus est modus coctus: ac proinde æque elixus & assus: sic debuisti statuere eundem Augustinum, qua opera seligit figuratum: eadem reprobasse proprium: atque adeo omnes modos, in quos iste proprius subdividi potest. Nondumne concipis, quid velim? Dicam aperte. Subtilitas istæ tua non distinguit modum figuratum, à proprio: sed distinxit proprium disparat in subiectas species. Itaque quomodo ex electo crudo, sequitur reprobati tam elixum, quam assum: quia hic vterque coctus, non crudus: sic ex electo figurato, sequitur eliminari, tam visibilem, quam inuisibilem, tam viuum quam occisum: tam integrum quam laceratum: tam coctum quam crudum, Quare? quia omnes reprobati. Scelus est, inquam manducare est figuratus, æque omnes reprobati. Scelus est, inquam manducare carnes Christi, non figurate. At siue visibiliter comedas, siue inuisibiliter: siue viuas, siue mortuas: siue integras, siue laceratas: siue coctas, siue crudas: comedas non figurate. Ergo siue visibiliter, siue inuisibiliter comedas: siue viuas, siue mortuas: siue integras, siue laceratas: siue crudas, siue coctas, scelus est. Assumptum didici à te ipso: qui vt hic concedis in odium Capernaitarum, comedere visibiliter, mortuas, laceratas, coctas, esse literale: sic alias cum liber in odium nostri, disputas comedere inuisibiliter, viuas, integras, crudas, esse non figuratum. Itaque te teste, tu ipse magnus es nugator.

XXV. Experiar tamen sigillatim. Comedere visibiliter, aut inuisibiliter. Quo sensu istud? Eone vt inuisibilitas sit in eo ipso quod manducatur, an vero in ipsa manducationis actione? Exempli gratia; qui Imperator in hostia venenum sumpsit, ille profecto non vidit se edere venenum, latens in hostia. Isne ergo manducavit inuisibiliter venenum? Ferri, inquam, potest. Sed tamen improprie manducasse, opinor, dici non potuit. Nam manducare proprie est solida alicuius substantiæ cibum, per os in corpus

assumere: inquit Christophorus à capite fontium Archiepiscopus Cæsariensis cap. 27. de Eucharistiæ Sacramento. At ille Imperator solidum venenum per os in corpus assumpsit: Ergo proprie manducavit. Crebrius experimentum in poculo, cum bibitur venenum inuisibile, ideoque inuisibiliter: & tamen proprie. Quare hic modus non pertinet ad Augustinum, qui omnino vult improprietatem stabiliri.

XXVI. An igitur inuisibilitatem statuendum est in ipsa actione manducandi? Nempe nos quidem id censemus Augustino fuisse in mente: esse etiam in rei veritate. Sed negamus esse in ea manducatione, quæ Papistis placuit: certe enim, aut nulla manducatio habet quicquam in actione visibile, aut hæc non est inuisibilis. Quid enim est in vilo communicante, quod non sit in quocunque conuiuia? Dico clarius. In manducatione visibili, prima est iniectio in os; deinde deiectio in stomachum: vnde ergo metiris manducationem? Si ex iniectione in os; illa vero tam manifesta est in Eucharistiæ perceptione, quam in vilo vnumquam conuiuio. Itaque tam illa visibilis, atque hæc. Sin ex deiectione in stomachum; tum vero vel omnis omnino manducatio est inuisibilis; vel hæc Eucharistica visibilis. Quæris cur ita dicam? Quia vel vtrobique deiectio est inuisibilis, per se: nam oculi nulli penetrant in corporis interna, vt quid in eis fiat perditur & per se discernant. Vel vtrobique visibilis ex circumstantibus signis, vt ex motu quodam earum partium per quas cibum transire est necesse. Quare si figuratam manducationem oportet esse inuisibilem: At hæc non est inuisibilis: Ergo hæc non est figurata: quod tamen Augustinus voluit.

XXVII. Denique mihi miraculo proximum est, Papistas nunc inuisibilitatem vrgere; qui alias visibilitatem in hoc ipso Sacramento commendent testem veritatis: A quo enim non auditum illud Chrysostomi, *Ipsam vides: ipsum tangis, ipsum comedis. Seipsum tibi tradit, non vt videas solum, sed vt tangas, & in te habeas.* Et scim' quo sensu? Bellarminum audi c. 22. libri 2. *Chrysostomus cum dicit Christum ipsum videri & tangi, intelligit ipsum verum Christum videri & tangi: sed in specie aliena, non in sua: id est vere adesse & recipi sub illis speciebus, quæ proprie videntur & tanguntur, licet in propria specie Christus in Sacramento non videatur, nisi oculis fidei, neque sensibilis sit, vt in Sacramento est.* Vos videte, quæso lectores, & tangite, quid hic sit miraculi. Corpus CHRISTI dum manducatur videtur & tangitur sensibus corporeis: hisce, inquam, oculis: istis ipsis manibus. Nam Papistæ, scio, ne pilo quidem minus permiserint. Sicine Christi caro videtur oculo vtroque: tangitur manu vtraque, dum offertur à Sacerdote, dum accipitur à plebe: & tamen hæc caro sumitur, comeditur inuisibiliter? O veritatem! ô fraudem infamem. Olim cum est huius manducationis asserenda realitas; importune vrgent tactum. Nunc cum eiusdem manducationis impugnanda figura est, abominantur tactum, abominantur visum, *Αἰὲν ἰγὼ γὰρ, αἰεὶ βατ Σάτυρος, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀσσομαί σοι τῆς φιλίας, εἰ σοὶ ἔαυτοῦ σῆματ' ἔπι δεξιῶν καὶ τὸ ἄνθεον ἐξ ἀγῶναις; amicitiam tibi dehinc renuntio, qui ex eodem ore calidum spiritus & frigidum.*

XXVIII. Nam quid tum si sub aliena specie videri distinguant, non sua? Prius enim definitum oportuit, vtrum impropria sit, & figurata manducatio visibilis, non quæcunque, sed illa saltem, quæ sub propria specie. Quod si est, tum vero non proprie venenum aut manducatum est ab Imperatore, sub specie hostiæ: vel ab quouis alio potum, sub specie vini. Neque proprie pilulas medicas deauratas, quisquam sumpserit: nam auri quidem obducta illi species aliena est. Quæ si sunt insane absurda: cõsequitur, non propterea figurate manducari, quæ inuisibilia fiunt in se, & tantum visibilia in aliena specie. Imo sufficere sumi visibiliter in aliena specie, vt vere & proprie dicantur manducari. Itaque nullo modo satisfierit Augustino.

XXIX. Sic inutilis prima distinctionis particula. Altera est carniū viuarum & mortuarum; integrarum, & laceratarum. Ergone, inquam, certum nihil viuum proprie comedi? nihil non laceratum? Scilicet figurate comedunt pilces, quicunque minores demittunt in stomachum: & non nisi metaphorice Ionam Cete deuorauit. Sed natura sic habet. Vt quædam ante esum laniantur; quædam inter edendum conterantur, quædam integra immittantur in stomachum. Laniantur, quæcunque maioris molis sunt, quam vt ori ingerantur: vt panes, verueces, boues. Quæ autem iis minora, solent integra iniici in os. Conteruntur, quæ vel maiora quam vt laryngem transeant; vel solidiora, quam vt facile integra concoquantur demissa in stomachum. Sed in quibus neutrum obstaculum est; eadem solent integra sumi: pauca quidem in vsu quotidiano hominum: sed non itidem pauca in vsu bestiarum, de quibus tamen edere dicitur proprie. Itaque Christophorus à Capite-fontium, *Non enim opus est, vt quicquid estur, manducatur, & masticetur.* Et post, *Vt autem res aliqua comedatur, necessum non fuerit (sic omnino legendum, etsi meus codex negationem non habeat) primo dentibus in ore conteratur, sed suffecerit, vt in ventrem demittatur. Cum igitur solida aliqua substantia per os in ventrem demittitur, ea vero, ac re ipsa manducari dicitur.*

XXX. Inde est de vita & morte facile iudicium. Mors præcedit interdum esum: aut comitatur; sed non semper. Certa est, quoties laceratio aut contitio. Sed harum si neutra: ne illam quidem opus est esse. Sic enim Ionam viuum Cete deuorauit. Quid? Etiamne saltem sequi? Ne hoc quidem. Sed tantum si fiat concoctio, & digestio: qui finis est proprius comedentium. Sed ita proprius tamen, vt per accidens possit esse nullus. Nam neque Ionas, vitam amisit, etsi vere & proprie deuoratus: & quis dubitat, qui pisces adhuc integri reperit in intestinis aliorum posse etiam viuos educi, si mature fieret? At vos Sophistæ manducationi Eucharistiæ negatis vllam succedere concoctionem, aut digestionem. Cur ergo mortem nos velle cogitis?

XXXI. Superfunt coctæ carnes & crudæ. Facete, ita me Iesuitarum beet cohorts. Non propria manducatio, quoniam non carnes coctæ. Quasi nulla propria esset crudarum. Atqui has potius amolitur Cyrillus, *Ad immanes ferarum mores vocari se à Christo arbitrabantur incitarique, vt vellent crudas hominis carnes manducare.* Item Lombardus, *Ne abhorreret animus, quod ceruere oculis, quia non habemus in vsu carnem crudam comedere.* Theophylactus, *σοὶ εὐδὲ μὲν ἀπὸ πῆρας ἐδίδες ὄμωρ, non toleramus carnem*

III. Superest pars altera assumpti, quam sic probō. Nulla prima substantia corporalis potest à pluribus in solidum singulis teneri. At corpus Christi, est prima substantia corporalis. Ergo non potest à pluribus in solidum teneri singulis. Ideo neque manducari. De minore nulla prorsus controuersia. Maior est à luce naturali, & ab experientia. Vtraque docet posse nos frui rebus dupliciter: alias per eas ipsas: alias per aliud. Per ipsas, vt cum panis ipse manducatur, vinum bibitur: Et sic quæcunque ita sunt, vt ipse vsus actio verteretur proxime circa earum substantiam. Per aliud vero, vt cum agro aliquo dicimur frui, cum eius fructus percipimus, in quorum substantia proxime impenditur actus fructificationis. Quæ in primo sunt ordine res corporales; nulla vnquam experientia vllō docuit exemplo posse corporaliter totas à pluribus sigillatim percipi.

IV. In altero ordine quæ sunt, possunt interdum in solidum percipi à multis: sed tunc vel non sunt primæ substantiæ: Sic natura hominis in solidum possideri nihil prohibet, ab Abrahamo, Isaac, Iacobo, Ismaele, Esau, Iosepho, omnibus. Vel si sint primæ substantiæ, certe per modum non corporalem: sed vel per *χρῆμα*: vt Abraham pater in solidum fuit Ismaelis, Isaac. Sic Iacob omnium duodecim Patriarcharum. Vel aliquo morali modo: vt puta ciuitas, in solidum est omnium ciuium: Aristocrata omnium optimatum: non quod singuli totam teneant actum: non enim omnibus sigillatim omnes sunt partes commissæ; sed quia iure nulli negantur vllæ: & omnibus aperta ianua est ad omnes ciuitatis dignitates: Sic aliter aliter. Et in hoc ipso negotio, quandoquidem negari non potest Christum spiritualiter manducari extra Eucharistiam: profecto corpus Christi, etsi sit prima substantia, & quidem corporalis: tamen in solidum tenetur, & possidetur à singulis fidelibus: At non corporaliter, sed spiritualiter.

V. Ratio impossibilitatis, est distractio: quoniam videlicet, vnaquæque res distraheretur à se ipsa: quod nulla cogitatio concipere potest: cum sit distractio ex diametro opposita vnitati: non possint autem res singulæ esse non vnæ: aut vnæ, si distractæ.

VI. Hæc distractio nulla est, primum in re infinita: etenim infinitas per se & proprie aduersatur distractioni, quæ rebus finitis solis potest accedere. Itaque Deus, cum est in singulis rebus totus, non distrahitur à se ipso: quanquam res ipsæ distraherentur inuicem. Secundo in iis, quarum perceptus est per aliud. Nam ager non propterea distrahitur, quia qui ab eo sunt fructus distraherentur. Tertio, ne in iis quidem, quæ per mutuam *χρῆμα*. Nam etsi totus Abraham pater sit Isaac, & Ismaelis, & quidem paternitate secundum numerum alia & alia, tamen ipse Abraham, non definit esse in se vnus. Sic constat vis argumenti nostri: vt caro Christi, in se vna sit; Et tota tamen in singulis fidelibus: quia non corporaliter, sed modo quodam spirituali, siue per fidem. Ast omnino, qui eius totius fingant corporalem participationem, eos necesse est monstrare fingere.

VII. Tantum illud poterit videri nimis breuiter positum, quod diximus nihil impossibile à Christo esse institutum. Sed nemo mirabitur, qui patres obseruarit eos nisos, vt huius ipsius carnis lacerationem confutarent. Rationem enim addiderunt, quod non posset omnibus sufficere. Quo loco obseruanda Bellarmini vastities est; qui huic argumento magnam fecit inclinationem, quasi aliud agens. Respondens enim Athanasio, negat hunc contra se facere, sed contra Capernaitas, qui putarint debere diuidi carnem in particulas, *Hoc enim modo, inquit, vere non sufficeret tam multis sine nouo aliquo miraculo; Quid promouens? Hoc certe vt doceat non esse soluendo huic argumento sine aliqua noua impostura.* Nam, neque Athanasius, neque vllus Patrum, in hac ratione, vllam miraculi exceptionem addidit: sed simpliciter dixit, non posse sic sufficere. Non quod nescirent posse multa fieri præter ordinem naturæ, per miraculum: sed quod illud vere dicerent esse dicendum impossibile, quod non posset nisi per miraculum, cuius nullam disertam haberemus promissionem. Nam quid est, quo non feratur audacia temeritas humana, si ei liceat vbi vult, & cum vult comminisci miracula?

VIII. Si igitur vere Patribus dictum, fieri non posse, vt caro Christi sufficeret omnibus saluandis: etsi sciuerint miraculo factum, vt pauci panes multis millibus saturandis fuerint satis: sic nos merito possumus, & quidem magis dicere non posse carnem Christi distrahi in omnes fideles in solidum singulos: eo, quod hæc ratio multo magis contradicat naturæ corporeæ, quam illa laniatio.

IX. Alterum impossibilitatis argumentum à verbis Christi Ioannis 6. *Hos vos offendit? Quid si igitur conspiceretis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Manifestum est loqui Christum de suo paulo post futuro ascensu in cælum.* Et hunc opponere scandalo Capharnaitarum: quasi solutionem obiectionis, *Durus est hic sermo: quis potest enim audire? Qua obiectione significabatur: crudele facinus contineri verbis Christi: id est manducationem eius carnis. Omnis manducatio carnalis humanæ carnis, vel solo auditu est horrenda: At hinc iubet suam carnem carnaliter edi: Ergo iubet id, cuius horrorem nullæ aures ferre queunt. Solut Christus non directe negata, vt oportebat, alterutra parte antecedentis: sed oblique, nempe opposito eo vnde posset fieri vtra pars esset neganda. Opponit ergo suum ascensum. Atqui hunc manifestum est non pertinere ad negationem maioris: quo enim modo conficeretur, ideo non esse horrendum comedi eius carnes, quia esset al' ensurus in cælum? Nec vero quenquam vidi ita exponentem. Itaque necessario pertinet ad negationem minoris: in hanc speciem: Non potest caro illata in cælos dari in cibum corporalem in terris. Ast caro mea inferenda est in cælos. Ergo non potest dari in cibum corporalem. Ratio maioris est manifesta: quia cibum corporalem oportet propinquissimum esse videnti: neque enim possunt vlli cibi ex longinquo comedi, nisi aduecti. Atqui carnis in cælo locata, ab iis qui in terris sunt distantia locorum est infinita. Itaque vel testibus externis sensibus manifesta erat demonstratio solutionis directæ.*

X. Frequentissimus est iste obliquarum solutionum vsus. Lucæ 3. Baptistes interrogatus, *Nummam ipse esset Christus, debuit directe negare: sed ille maluit oblique respondere, Ego quidem baptizo vos aqua: sed venit qui validior me est, & quæ sequuntur, vnde facile poterant interro-*

gantes colligere quod quærebant. Quarto, Christus tentatus vt lapidem iuberet fieri panem, negauit facturum, sed oblique. Respondit enim dicens, *Scriptum est, non pane solo victurum hominem, sed omni verbo Dei.* Iterum iussus adorare tentatorem, non respondit totidem verbis se non adoraturum: sed oblique, *Scriptum est, Adorabis Dominum Deum tuum, & ei soli seruis.* Quinto, *Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et respondens Iesus dixit, Non opus est iis qui sani sunt medico: sed iis qui male affecti sunt.* Actor. 1. *Domine num hoc tempore restitues regnum Israel? Dixit autem ad illos, Non est vestrum nosse tempora, & reliqua.*

XI. Nihil est igitur obscuri, aut difficultis. Et sane Augustinus concepit haud aliter tractatu 27. in Ioannem, *Hinc soluit quod illos mouerat. Hinc plane: si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum: illa autem dixit se ascendurum in cælum: utique integrum. Cum videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius: certe vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum: certe vel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus. Hæc verba probauit & descripsit Alcinius tanquam sua. Rupertus non abit seorsum, *Hoc nunc dico, quod vobis ipsis consentientibus constat valde repugnare vestro carnali sensui, scilicet ascendurum filium hominis vbi erat prius. Nam filium hominis ascendere in cælum, & carnem eius sic manducari, sanguinemque eius sic bibi, quomodo vos intelligitis, omnino repugnantia sunt, simulque esse vel fieri nullatenus possunt.* Carthusianus, *Per hoc quod prædixit se in conspectu ipsorum, si secum manerent, ascendurum in cælum, pateret potius, quod descendit de cælo, & quod non daret corpus suum ad manducandum carnaliter, eo modo quo alia carnes eduntur, non sine earum diuisione, laceratione, & consumptione: quoniam naturale est vniuersumque redire ad locum sue originis: imo secundum philosophos, vniuersumque conueritur ad id vnde processit. Caro quoque sic comesta non potuisset ascendere.* Gorranus, *Defectiuus est constructio: vnde supplenda est, Tunc scietis quia caro non est in frustra diuidenda, quia totus Christus integer est in cælo, manet integer sub Sacramento, manet integer in corde tuo.**

XII. Nota: duo proponi tanquam opposita, Ascensionem, & manducationem Capernaiticam: itaque illa posita, hanc tolli. Sane quomodo eadem posita Christus ipse dixit Matthæi 26. *Me autem non semper habebitis.* Et 28. Angelus, posito surrexit, intulit, *non est hic.* Scio Sophistas cauillaturos, ex eo quod de laniatione est additum. Sed quid ad me? Primum enim, alias dixi hoc notatum, non exceptionis, sed illustrationis gratia; vt non propterea non sit legitima exclusio cuiuscunque manducationis carnalis. Deinde illud sufficit, solutionem esse ab oppositione. Nam cæterequin Ascensio non soli opponitur lacerationi; sed etiam præsentia locali: sine qua manducatio corporalis, vt dixi, nulla potest esse.

XIII. Ne hoc quidem dissimulo alias enumerari huius loci solutiones. Sed nihil me id mouet. Primum, quia nullus fuit hætenus ausus hanc nostram improbare, aut impugnare: ne Papistæ quidem hodierni, qui odio nostri ferme solent metiri suas sententias. Cur non possum ergo tuto huic hæere: atque inde argumentari? Nam profecto; si non valet aduersus carnalem manducationem, inepta erit etiam aduersus laniationem. Si me dicente; Ascendit in cælos. Ergo, non manducatur in terris corporaliter: Papista consequentiam neget: Ergo etiam, dicente Papista, Ascendit in cælos integer: Ergo non laniatur in terris; negabo itidem consequentiam. Non enim magis repugnat integritas laniationi; quam absentia manducationi corporali. Et illi ipsi fortasse meæ audaciæ præbunt suo exemplo; quo eracis veræ, sic enim distinctionis causa loqui solent, tot frustulorum plaustra ostentant per vniuersum orbem.

XIV. Sed deinde dico reliquas interpretationes huic nostræ comparatas esse exigui momenti. Chrysostomus, indeque Theophylactus, Thomas, & alii existimant Christum respondere Capharnaitis qui paulo ante murmurassent, quod se dixisset de cælo descendisse: quasi diceret inde constiturum se descendisse de cælis, quod in cælos ascendurus esset. Verum Tolerus, *Dura, inquit, expositio videtur. Illa enim multum à presenti sententia distant, qua ad proxima refertur, nempe ad scandalum, quia dixerat, caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, tunc enim illi dixerunt, Durus est hic sermo: ad quod Dominus respondit. Hoc vos scandalizat? Et persequens adiunxit. Si ergo videritis filium hominis. Verba igitur hæc referuntur ad scandalum de carne & sanguine, in cibum & potum vita dandis.*

XV. Alii, in quibus Cyrillus, existimant argumento ostendisse potentia suæ Christi, vt persuaderet carnem suam posse dare in cibum, *Si enim putatis carnem meam vitam vobis asserere non posse, quomodo tanquam volucris in cælum ascendet? quomodo per aera volabit? Hoc enim similiter generi humano impossibile est. Quod si præter naturam caro mea in cælum ascendet, quid prohibet ne similiter præter naturam viuificet? Nam qui terreste hoc corpus cæleste confecit, is etiam viuificum reddidit, quamuis natura sui corruptibile fuerit.* Sed hæc ratio aberrat à scopo. Nam verba Capharnaitarum non obieiebant impossibilitatem nutriendi: sed horrorem comedendi: hoc enim significat, *Quis potest audire?* Alioquin quis ægre tulisset pollicitationem vitæ, & quidem æternæ? Præterea Maldonatus valde improbat eos, qui censent Christum dixisse futurum vt non scandalizarentur Iudæi post eum ascensum, *Illud, inquit, mihi difficile persuadere possum, intelligendum esse, tunc scandalizari desinetis, aut tunc intelligetis, tunc credetis, quemadmodum omnes quos memini legere autores interpretantur. Nec enim ita loqui videtur Christus, quasi deceat, & probet, sed quasi reprehendat.*

XVI. Sunt istæ tamen omnes interpretationes quas potuerunt ab antiquis reperere. Nam alia sunt recentissima: atque adeo à Papistis nuper excogitata in odium nostri. Vnam vide ipsius Maldonati, cui solenne fuit suis commentis indulgere, *Hoc vos scandalizat? Cum adhuc vobiscum sum? Cum facile intelligi potest, posse me vobis carnem meam dare ad manducandum presentem presentibus? Quid facietis, quum videbitis me ascendentem? quanto magis scandalizabimini? quanto minus credetis? cum videretis me in cælo, vos in terra esse? Solet enim Christus auditores qui non credunt ea, quæ faciliora sunt, sic oburgare, quod cum ea non credant, multo minus quæ maiora difficilioraque sunt, sint credituri. Subtiliter. Sed audi, Non nego me huius interpretationis autorem neminem habere: sed hanc eo magis probō, quam illam alteram*

alteram Augustini, caterarum alioqui probabilissimam, quod hac cum Caluini...

XVII. Quare non est quod vereamur ne nostra interpretatio non possit...

XVIII. Tertium impossibilitatis argumentum addo. Nulla manducatio...

XIX. Minorem probamus ex Cypriano de Coena Domini, Nostra vero...

XX. Argumenti nullam solutionem inueni apud quenquam. Sed testimonium...

XXI. Propitius esto Iesuiticus genius non concipienti tantam, tam diuinam...

XXII. Sed illud ipsum non esse illam vnionem corporalem propriam, praeipuumque...

XXIII. At saltem non est praeipuum. Quare? Non est, inquit, finis Eucharistiae...

XXIV. Voluit, forte dictum, vnionem corporalem esse medium ad illum proprium...

XXV. Ceterum agere Cyprianum de vnione nostri cum Christo quae per Eucharistiam...

Et ad veritatem, cuius corpus & sanguis Sacramenta sunt, sincerior pateret accessus...

CAP. XIII.

De Vnione cum Christo.

I. Hactenus fuit explicatio primi nostri argumenti contra carnalem manducationem...

II. Maior demonstratur ex Veteribus, qui serio huc eunt. Chrysolomus homilia in Ioannem...

III. Minor probatur primo sic. Vnio nostri cum Christo affectus confociat, & confederat...

IV. Minor rursus probatur. Vnio realis Christi cum fidelibus, nunquam deficit...

V. Maior probatur. Nemo à Patre datus Christo, perit aut eicitur foras. At quicumque...

VI. Disertissime autem, Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet...

manere. Sic iterum prima Ioannis 2. firmitas Christiana fidei, *Quod audistis à principio in vobis maneat* (Latina editio *permaneat*) *si in vobis manserit quod audistis à principio, vos quoque in Filio & Patre manebitis.* Ibi Lorinus, *Plus aliquanto denotat, quam simpliciter in alio esse: videlicet vel motam, & quasi habitum, ut transeundi opponitur verbo, vel intimam societatem & coniunctionem.* Denique quod nunc dicitur est, manere, id ipsum cap. 14. Ad eum venimus, *ut maneamus apud eum faciemus.* Ian. c. 59. Concordia, *Patet quid sit manere in Christo & Christum in nobis: nempe quod non solum dicimur in illo manere, & ipsum in nobis, sicut amans dicitur communitate esse in amato, sed propter veram unionem nostra natura cum divina.*

VII. An vero manducatio carnalis nunquam deficiat, quæ minor est positivi syllogismi: non est multo labore disputandum: quandoquidem ipsi confitentur Papistæ: Non vterius manere in homine Christum oraliter manducatum, quam ut species sint corruptæ: quod nobis annotatum ab initio huius quaestionis. Quare necesse est tum definire hanc manducationem: nempe ut non persistat indefacta unio Christi & manducantis.

VIII. Lusitanus sermone tertio, huic, inquit, obiectioni vnanimes, & antiqui & nostræ ætatis Theologi respondent, verum quidem esse unionem hanc sacramentalem cessare: At virtute huius Sacramenti, & ratione carnis Dominice in eo existentis, nostræque adhaerentis, affinitatem adeo magnam contrahi, & habitum peculiariter ita permanere inter eum & nos, ut singulariter eum non solum animæ nostræ sufficiat: verum etiam corporis nostri ad illud sanctificandum & glorificandum.

IX. Sed hæc manifesta est elusio: nulla solutio. Et enim cum in argumento agatur de unione reali; sit necesse: Sophista respondet de unionis effectibus. Et iis quidem effectibus, qui non sunt proprii unionis illius quam realem, siue corporalem appellant, sed tum nobis iudicibus, proprii unionis spiritualis: tum ipsis consentientibus, saltem communis vtrique. Quod si omnes hi effectus habeantur ex sola illa unione, quam vtrique dicimus spirituales, vtrique dicimus ponendam: cur hæc addita est corporalis, quæ novi beneficii nihil afferat.

X. Enimvero manifestum est Christum loqui de se ipso, *In me manet, & ego in eo.* Aliud est autem Christum ipsum manere in nobis, aliud manere in nobis Christi beneficia, id est effecta. Nam Solis effecta sunt quidem in hac terra: sed tamen Sol ipse non est in hac terra: nisi metaphoricè: quæ notio nunc nihil ad Papistas. Denique Papistæ distinguunt unionem amoris, ab unione reali. At qui hæc unio quam Lusitanus definiit amoris est: Ergo non realis.

C A P. XIV.

De necessitate manducationis.

I. Manducatio carnis Christi instituta Ioannis sexto, est necessaria ad salutem. At manducatio carnalis carnis Christi non est necessaria ad salutem. Ergo manducatio hæc carnalis non est instituta Ioannis sexto. Maior est diserta in verbis Christi, *Amen, amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Nihilominus certa maior, ex ipsa Papistarum confessione, qui ex omnibus Sacramentis solum Baptismum docent esse necessarium ad salutem. Itaque etiam consentiunt non esse Eucharistiam infantibus concedendam: quorum tamen plurimos decedere non dubitant. Cum tamen olim Augustinum & Innocentium testetur Maldonatus in 6. Ioan. hoc testimonio adductos, ut crederent infantes etiam baptizatos, nisi Eucharistiam perciperent, saluos esse non posse.

II. Rursus non poterunt evadere Sophistæ vim argumenti *Huistitici*: quo confecturos se sperabant vtramque speciem esse omnibus necessariam: quum audirent tam diserte, tam sonore seorsim dictum edere, seorsim bibere. Quod genus enuntiationum copularum, quis nescit in duas simplices dilpesci, eiusdem vtramque veritatis: Nempe, *Nisi ederitis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis: &, Nisi biberitis sanguinem filij hominis non habebitis vitam in vobis.* At qui edit corpus Christi, eo ipso non bibit sanguinem. Quo argumento iam olim non pauci, atque iidem non ignobiles Transsubstantiatores passi sunt sibi persuaderi, quod nunc indignatur recentis Transsubstantiatores: nempe hanc manducationem, huic partem non nisi spirituales intelligendum.

III. Gemina sic obiectio est, cui satisfacere oportet Papistas, aut causa cadere. Neque enim oportet quicquam doceri in Ecclesia, unde consequens fiat absurdum. In priori autem argumento manifesta absurditas est, tum nobis iudicibus. tum Papistis consentientibus. In altero absurditas consequentis compertissima habetur apud illos: sed apud nos tantum consequentia: neutrum autem illi possunt vitare: etsi valde fatigant: quod nunc imus visum.

IV. Primum ergo Bellarminus, Maldonatus, Richeomus, Cofferæus, Petrinus hoc eodem consequentia absurdo nos vrgent. Maldonatus eodem argumento probari potest, non esse de manducatione quæ per fidem fit intelligendum. Quo enim modo infantes baptizati carnem Christi per fidem manducant, quos certo credimus saluos fieri? Habent, dicit aliquis, habitum fidei, qui cum cæteris divinis virtutibus per Baptismum infunditur. Esto: tamen qui per fidem carnem Christi manducare dicitur, non habitu, sed actu fidei dicitur manducare: nihil enim solo habitu agimus. Iterum paulo post, in forma. Si ageretur hic de manducatione per fidem, manducatio per fidem esset omnibus necessaria. At non omnibus est necessaria: non enim infantibus. Igitur de manducatione per fidem non agitur.

V. Respondeo admitti consequentiam: ut necessariam, & absque exceptione veram, certamque; Nam phrasin ipsam ita designare: *nisi manducaveritis & biberitis, non habebitis vitam.* Et 18. Matthæi, *Nisi conversi fueritis & facti ut pueruli, nequaquam ingredimini in regnum caelorum,*

vbi Maldonatus, *Nihil aliud significare Christus voluit, quam non posse eos in regnum caelorum intrare, nisi simplicitate, & humilitate similes essent pueris.* Et sane alias ita expressa impossibilitas. Matth. 12. *Quomodo potest aliquis ingredi domum validi alicuius, & vasa eius diripere, nisi prius vinxerit validum?* Quinto, *Nisi abundaverit vestra iustitia plusquam Scribarum & Pharisaorum non intrabitis in regnum caelorum.*

VI. Itaque negatur assumptum. Nam te vera manducatio illa corporis Christi quæ fit per fidem, absolute necessaria est, ut nemo, proflus nemo sine ea possit habere salutem, id est vitam animæ. Aut enim nihil dixit Christus, aut hoc dixit, cum dixit hæc solemnia verba, *Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis.* Chrysostomus, *δυνατός τού προύματις τού αὐτοῦ καὶ οὐκ αὐτὸ πάντως ἠγνοῦσαι δὲ ἡσυχίαν: huius rei necessitatem, & omnino oportere fieri.* Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 2. *διὰ τὴν ἀναγκαστικὴν, & τὴν θεῶν μετέωρον μυστηρίων, ὡς αὐτὸ τὸ ἑρμηνεύειν, & οὐκ αὐτὸ τὸ γινώσκον, & τὸς ἀψυχοῦντας τὸς ἀληθῆς χριστιανούς. ποτὶ μὲν λυγροῦσι, ἐὰν μὴ τὸ ἴδιον ἴδωσιν, καὶ τὸς ἀληθῆς χριστιανούς, ὡς τὸ βραδύτατον τὸν ἑρμηνεύειν: ποτὶ δὲ ἐὰν μὴ τὸ φῶς καὶ τὸ πῦρ, καὶ πῆ μὲ τὸ εἶμα: οὐκ ἔχει μέγιστον ἰμῶν, ἵλλυς enim opera Sacerdotij, & regeneramur, & divinorum participes efficiamur mysteriorum, quibus sublati nemo celestia premia consequi potest, quemadmodum ex ipsius veritatis oraculis ab omni mendacio alienis constat: primo quidem his verbis utentis, *Nisi quis regeneratus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum caelorum.* Nunc autem, *Nisi quis manducaverit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit partem meam, ἀνευ τῆς ἑσθῆς, π τὴν θεῶν ἀξιοῦναι λήξιος.* His remota sempiternam sedem consequi non possumus. Cyrillus Glaphyrorum 2. *De hostia agni, & λόγος πάλιν αὐτοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν ὅτι, μὴ αὐτὸ ἐπεὶ δυνάσται τὴν ἀνθρώπου ψυχῆς, & ἰσχυροῦν μὲν τὴν ἐξ ἀμαρτίας ἀνάδοξον, τὴν δὲ ἀληθῆς καὶ πλοῦσιον ἀποφύγει, & εἰς τὴν αὐτὴν ἠγνοῦσαι πάλιν δὲ τὴν εἰς ἑσθῆν ἀληθῆς. εἰ μὴ ἀπὸ τῆς ἑσθῆς μετὰ τὴν ἐπιλαύσεως.* Significante nobis rursus figurate sermone, nullam animam posse aliter evadere peccatum ad libertatem, & diaboli tyrannidem effugere, civitateque superna donari liberatam ab huius mundi conversatione, nisi per Iesu Christi communicationem, atque benignitatem, iuxta illud, quod dictum est ab eo ad insipientes Iudæos, *Amen, amen, dico vobis, quod omnis qui facit peccatum servus est peccati, servus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum.* Si igitur vos filius liberaverit, reuera liberi eritis. Et rursus, *Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & quæ sequuntur.* Augustinus in Ioannem tract. 26. *Hanc vitam æternam, non habet, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit: nam temporalem vitam sine illo habere homines possunt, æternam vero omnino non possunt. Qui ergo non manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, non habet in se vitam: & qui manducat eius carnem, & bibit sanguinem, habet vitam.* Mitto alia plurima ad eam rem testimonia.*

VII. Et vero, quid aliter potest elici ex Christi verbis? id est, ex tanta dilata: propemodum etiam curiosa reciprocatione affirmationis & negationis? Quæ sane esse nequit ex natura ipsius enuntiationis. Etsi enim verum, si quis non ederit panem triticum, non victurum, tamen non verum si quis ederit, eum victurum: quod annotavit Augustinus. Et contra. Si cum dies est, operantur homines, non tamen propterea non operantur si dies non sit. Cum igitur ipsius enuntiationis nulla fit huiusmodi necessitas, oportet omnino esse à re ipsa. Inde ergo textus, *Amen, amen dico vobis: nisi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui ederit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Ad eundem modum Ioan. 3. *Qui credit in eum non condemnatur, qui vero non credit iam condemnatus est.*

VIII. Obijciunt infantes. Sed absurde. Nam Vasques capite quarto disputationis 73. de Eucharistia, *Per hanc manducationem spirituales parvuli etiam consequuntur vitam illam cum Christo.* Augustinus, canone. *Quia passus apud Gratianum, Nulli est aliquatenus dubitandum unumquemque fidelium corporis & sanguinis Domini tunc fieri participem, quando in Baptismate membrum efficitur Christi, nec alienari ab illius panis & calicis consortio, etiamsi antequam panem illum comedit, calicemque bibat, de hoc seculo migraverit.*

IV. Sed habitus, aiunt, nihil agit: At infantes habent habitum duntaxat fidei. Quorsum ergo dixere, quos nunc audiimus, infantes participes esse corporis & sanguinis Domini, & ea participatione habere vitam? Enimvero hos mentitos oportuit, si communicatio carnis & sanguinis Christi non sit actus, & actus nullus ab habitu, & credere in infantibus, non nisi habitu. Nos concedimus infantes non credere actu, sed tantum habitu. Habitum autem nihil agere, ridiculum est. Nam habitus primum agit actus singulos; deinde, & magis ad rem, habitus agit interne, non autem externe. Interne, quia informat eum in quo est, inde enim Musicus, & Geometra, non quod canter, aut metiatur: sed quo vtriusque tener habitum. Sed non externe, neque enim habitus ille Musici delectat adstantes per auditum: Non Geometrae habitus docet me rationem diagonæ & laterum: sed efficit tamen ut sciat ipse Geometra apud se eam rationem. Sic in cæteris. Itaque etiam ille credendi habitus, efficit salutem in quocunque credente: cur non etiam communionem cum corpore & sanguine Christi, qui cibus potulque est necessarius ad salutem?

X. Frustra igitur in nos, id est, in spirituales manducationem torquetur argumentum. Sed iam videamus multiplex solutionis artificium. Decem solutiones inveni, nunc examinandas ordine fortuito. Esto mihi prima hæc apud Vasquen capite quinto disputationis ducentesima decima sexta. Solutio quæ mihi multo magis probatur, est, multa esse præcepta, quæ toti Ecclesiæ conveniunt, ut ita per aliquos, non per singulos implenda sint. Sensus est, quem Salmero expressit tractatu trigesimo octavo tom. 8. Quod nisi in Ecclesia essent aliqui, qui vtramque speciem sumerent, non essent Christiani vitam habituri.

XI. Sed hanc solutionem impugnat idem Salmero, qua bene, qua fecus. Bis videtur non malè. Primum, si hæc licentia tribuitur vniuersales sententias Scripturæ passim restringendi ad paucos, imo paucissimos, multa fidei Catholice dogmata abolerentur. Dicit enim posset, non omnes cogi ad Baptismi legem, interpretando illam Domini sententiam; *Nisi quis renatus fuerit, & dicende ad paucos pertinere, & cum dicitur, Nisi*

Docet ipse non tantum non esse impossibile, sed etiam esse vehementer necessarium. Goranus, Primo igitur ostenditur manducationis necessitas, quia sine illa non est salus. Est igitur remedium necessitas. Quid ergo Bellarminus habet? Ergo, inquit, iis tantum, qui vitam amittere possunt. Quid audio? Non etiam iis, qui vitam non habent? Quis dixit, sanus? Sed Iesu frequenter infana somniant.

XLIII. Superest Sebastiani sophisma. Secunda persona ad adultos. Atqui Iohannis 13. Sicut palme non potest ferre fructum à semetipso, id est, nisi manserit in vite: ita nec vos, nisi in me manseritis. Audin' secundam personam? Et quidem, puto, non apud infantes; nam Apostoli erant valde adulti. Postuntne ergo infantes fructum vite etiam non manentes in Christo? Cap. 8. Si vos Filii in libertatem vindicauerit, vere liberi eritis. An quia infantes liberi possunt esse, etiam sine Christo? Nisi forte Iudaei tunc adstantes, erant in manibus. Sed nihil obstat generalem doctrinam applicari iis quibuscum res est, designatis per secundam personam, secundum loci & temporis circumstantiam. Nec est æquum eos omnes arceri, qui non presentes audierint.

XLIV. Sed enim de infantibus qui loquuntur, vnam absurditatis attingunt partem: alteram negligunt, quæ remanet integra, de adultis: quos tamen ne Papistæ quidem excludunt omnes à vita æterna, propter non manducatam oraliter carnem Christi. Quid ergo? Succurrendum fuit alia contractione: quam tamen Bellarminus leuiscule indicauit; vnica particula, Si possunt. Verum alii disertius. Richeomus c. 30. libri 1. contra Plessæum, Dicimus, tum cum hoc mandatum Dominus dedit comedendi carnem suam; id voluisse intelligi pro commodo temporum & personarum: cum infantes peruenierint in eam ætatem vt sint compotes rationis: & adultis nihil erit impedimento legitimo. Petrinus adhuc explicatus, Mandata Christi pertinentia ad Nouum Testamentum, non obligasse, nisi post clarum, sufficientemque promulgationem, constitutamque religionem Christianam. Rursus ne quidem post eiusmodi promulgationem, obligasse præter capaces, quique poruerint implere: id enim esse commune omnibus præceptis; vt apud Deum nullam obligent conscientiam, nisi eorum quibus possibilis sit exsecutio.

XLV. Nihil est noui, quo impugnetur necessitas remedii vniuersalis, de quo diximus. Certe, Non est in alio quoquam salus; Actorum 4. Nec salus vlli in eo, nisi qui eius sit particeps. Quid ergo, nisi ineptiunt, vel infantiunt potius, qui tempora excipiunt, & personas subducunt? Nam qui Christum non percipiunt, eos necesse est vel damnari, vel alio modo salutem assequi, quam per Christum. Hoc autem impossibile est, teste Petro. Illud à nobis est: consequitur enim Christi communionem esse absolute necessarium remedium ad salutem, id est, contra damnationem.

XLVI. Quorum ergo nominatur impedimentum legitimum? Aut enius rei: percipiendine Christi, an Sacramenti? Nam Sacramenti sane concedimus aliquod esse posse legitimum impedimentum: quo posito nulla sequatur damnatio. Sed percipiendi Christi negamus vllum dari posse legitimum. Nam aliquod esse posse concedimus, vt natis in idololatria, in eaque educatis, vt in medio Turcismo, & in Barbaris illis, qui in orbe nouo, tam sero nomen audierunt Christi, vt in infantibus ante Baptismum denascentibus. Sed legitimum nullum possumus agnoscere; hoc est, tale quo posito excusetur à damnatione, qui Christi non fuerint. Neque vero aliter sentiunt Papistæ, saltem in iis exemplis, quæ iam notauimus. Et id nobis ad argumentum sufficit. Damnaui enim Turcæ omnes, omnes illi in nouo orbe, etiam non potuerunt Christi carnem participare. Plane ex præcepto Christi. Quos enim, quæso, Christus alloquebatur? Certe Iudæos, non profites religionem Christianam: itaque æque saltem excusabiles cum Turcis. Et his tamen minatur interitum, si non comederint carnem suam. Nempe, quia in se venenum haberent, mortis causam: nec haberent antidotum, vitæ restituendam.

XLVII. Decima soluto Sebastiani Michaelis: Discrimen esse inter legem, & statutum, iuxta Iuriconsultos. Lege comprehendit solum rationis capaces, vt si sit edictum, omnes capere arma ad pulsus tympani. At statuto generaliter omnes, tam qui intelligant, quam qui secus: vt si sit imperatum tributum annuum, teneantur etiam infantes, vt patet ex Christi natiuitate, cum dicitur descriptus vniuersus orbis. Baptismi institutionem esse velut statutum. At Eucharistiæ, velut legem. Et vero qui iniferunt generalem necessitatem huius, non attendere verbis Christi, semper locuti ad numerum, pondus, & mensuram. Iohannis 3. de Baptismo, tanquam de statuto, & edicto generali, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Verum de Eucharistia, tanquam lege, non Quicumque non ederit: sed, Si non ederitis, nempe ad eos qui intelligerent. Distinctio ita est. Necessitas alia statuti, alia legis. De statuto negatur minor, de lege negatur maior.

XLVIII. De discrimine legis & statuti, non est necesse rixari. Habeant sua sibi Iuriconsulti arcana. Nos Theologicæ veritati adhaeremus: quæ non delectatur subtili vocabulorum aucupio. Sane vero in Scripturis, Statuti vocabulum, quod sciam, nusquam legas; sed legis sapissime, & mandatorum, & iustificationum, & similibus. Neque scio vtrum apud Theologos, Baptismi statutum, quisquam legerit: magis quam Eucharistiæ. Itaque non est quod simplici verborum sono nos speret commotum iri nouus Sophista. Quæ eos insuper ridiculum reddit, quod statuti definitionem firmet exemplo natiuitatis Christi: quasi edictum illud Cæsaris de descriptione totius terræ ad Christi personam pertinuerit: vt ab eo exigeretur tributum. Quod nemo dixit vnquam, aut etiam somniauit. Et hoc prorsus est absimile vero. Nam Maria venit vterum gestans. Nunquam autem factum apud illos, vt tributum sit exactum pro graui vtero. Quamquam quid ad nos?

XLIX. Miramur vularum tinnitum: rem ipsam attendamus potius. Vasques cap. 2. disp. 213. Cum Christus de manducatione sua carnis sub Sacramento loquatur, non minus his verbis præceptum illius tulit, quam Baptismi, Iohannis tertio, cum dixit, Nisi quis renatus fuerit: cum eodem tenore verborum per particulam, nisi, usus fuerit: quis enim dicat ea necessitatem aliquam non denotare? Nota: primo comparari phrasim Baptismi, cum phrasi hac de qua quaestio est, ex similitudine emphaseos: Secundo vtrinque præceptum esse. Denique ea phrasi necessitate ferri aliquam, vt in Baptismo,

Tom. IV.

fic in Eucharistia: Quare necessitatem præcepti. Quæ igitur occasio nugarum?

L. Rursus præceptum, siue statutum Baptismi, norunt omnes vim habere à remedio. Videlicet, quod omnes infantes obnoxii sint peccato originali: ideoque etiam damnationi; quæ ab eo certa, nisi adsit remedium. Quam rationationem esse perpetuam in oſe Papistarum, quis nescit? Atqui hæc eadem ratio potentissima est in Eucharistia. Fallor, rem Eucharistiæ dictam volui, id est, carnem & sanguinem Christi: in quibus magnum, præsentissimum, generalissimum remedium aduersus magnum, præsentissimum, generalissimum morbum, quo tenentur omnes homines.

LI. Neque vero in vularum diuerſitate, quicquam est momenti. Nam nisi quis renatus fuerit; si quis renatus non fuerit. Et, Si non ederitis, sonat Nisi ederitis. Itaque recte Vasques dixit, non minus his, quam illis verbis præceptum fuisse latum.

CAP. XV.

De effectu necessario manducatae carnis Christi.

I. Manducatio sancita Iohannis sexto necessarium effectum habet, salutem æternam. At manducatio carnalis carnis Christi non habet effectum necessarium salutem æternam: Ergo manducatio hæc carnalis non est sancita Iohannis sexto.

II. Maior patet ex disertis Christi verbis, Pater meus dat vobis panem, illum vere caelestem. Panis enim ille Dei is est, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo. Ego sum panis ille vitæ, qui venit ad me, nequaquam esuriet: & qui credit in me non sitiet vnquam. Ego sum panis ille vitæ. Patres vestri comederunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis ille qui de caelo descendit; vt qui eo vescitur, non moriatur. Ego sum panis viuificus, qui de caelo descendit: si quis ederit ex hoc pane, viuet in æternum. Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Sicut misit me Pater, & ego vivo per Patrem: ita etiam qui ederit me, viuet ipse quoque per me. Nihil potuit disertius affirmari: nihil sepius inculcari. Itaque vel retractent aduersarii suam illam arguendi vehementiam, concludentem & vobis, intelligendam manducationem tam dilecte, tam frequenter iteratam: vel nunc concedunt nostræ huius considerationis firmitatem.

III. Respondent; Hanc promissionem esse veram cum conditione debita: nempe si adsit dispositio ad digne communicandum: quæ conditio ferme communis est omnibus Dei promissionibus. Vt Iohannis secundo, Quicumque inuocabit nomen Domini seruabitur. Marci ultimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, seruabitur. Et tamen multi inuocarunt, crediderunt, baptizati sunt, qui tamen damnati sunt. Nempe quia subaudienda conditio, vt fungatur quisque suo officio in inuocando, credendoque. Quæ sine conditione, non magis saluifica futura est communitio spiritalis Lutheri aut Caluini. Sic Richeomus cap. 31. de Missa. Conſentit Confessus, sed breuior, cap. 19. Defensionis Eucharistiæ. Solutionis artificium non est difficile. Manducatio alia digna est, alia indigna. Illius necessarium effectum esse salutem: non itidem huius. Itaque de digna concedi maiorem, negari minorem. Contra vero, de indigna negari maiorem, concedi minorem.

IV. Insto. Manducationis distinctionem in dignam & indignam non haberi nisi à Paulo: qui solus eius meminit prioris ad Corinthios vndecimo: sed ita vt huc non pertineat. Non enim producit vterius, quam ad signa sacramentalia, panem & vinum. Diserta enim sunt verba, Quisquis ederit panem hunc, & biberit hoc poculum Domini indigne, reus venietur corporis & sanguinis Domini. Nota: ederit panem hunc, biberit hunc calicem: non vero, qui carnem & sanguinem. Rursus dico legi diserte, quicumque manducauerit carnem Christi habiturum vitam æternam: sed nunquam tamen, qui comederit quenquam periturum. Et quisquam auit in oppositum? Scimus sibi pro arbitrio cuncta permittere Papistas: sed nos oportet esse religiosiores.

V. Qui inuocant nomen Domini, perisse quenquam, non damus; aut qui baptizatus crediderit. Papistas non miramur asserere: Nam qui pro fide larum fidei obiciunt; cur non fideles dicant damnari? Et qui tam nequiter fidem; cur religiosius inuocationem definiant? Nam si cur non possumus inuocare, nisi in quem crediderimus: sic neque inuocare, nisi quomodo crediderimus. Qui male igitur credunt, male inuocant. At vero qui male credunt, non credunt: ideo neque qui male inuocant, inuocant. Et miraris qui male credunt, qui male inuocant, perire? Sed qui credunt, eosdem perire impossibile est, teste Deo.

VI. Bellarminus. Quod manducatio sacramentalis non dat vitam sine fide: id prouenit ex indispositione accedentis, non ex ipso Sacramento, quod ex se semper est efficax. Sensus est, manducationem intelligi per se, & sic concedi maiorem, negari minorem. Aut per accidens: & sic concedi minorem, negari maiorem.

VII. Atqui de Sacramentali frustra respondet, quæ non fuit in interrogatione. Nos enim agnoscimus Sacramentorum omnium vltimam talem esse, vt etsi per se, id est, iuxta suam ordinationem sint saluifica, tamen per accidens, id est, ex abusu cedant in damnationem. Vnde in hoc ipso Sacramento Paulus dixit, qui indigne sumpsit panem & vinum, sumere suam condemnationem. Veruntamen longe alter res ipsa habet, quæ per Sacramenta sancitur. Nam hæc ex ipsa sua institutione vim sumens perpetuo est viuifica. Sic res Baptismi, id est, remissio peccatorum nunquam fuit nisi salutaris: nunquam damnosa. Itaque qui fide accedunt ad Baptismum, accipiunt quidem suam condemnationem, sed non accipiunt ipsam remissionem peccatorum. In Eucharistia similiter.

VIII. Et vero vide quam caute distinguat Augustinus in Iohannem tract. 26. Vt si quis manducauerit ex ipso non moriatur: sed quod pertinet ad virtutem Sacramenti, non quod pertinet ad visibile Sacramentum. Et paulo post, Huius rei Sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi alibi

cubi quotidie, alicubi certis intervallis dierum in Dominica mensa preparatur, & de mensa Dominica sumitur: quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium. Res vero ipsa cuius Sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque eius particeps fuerit. Non potuit Bellarminus refutari potentius. Dixit Christus, Qui eo pane vescitur, non moritur: Augustinus, distinguit panem in eum qui pertinet ad Sacramentum, & eum qui ad rem Sacramenti. Obscurumne est, quid velit? Sacramentum sane signum est: itaque panis pertinet ad Sacramentum, est panis qui significat. Et quidem Sacramentum visibile. Nam res Sacramenti semper est invisibilis: Ergo panis ille, qui signum est, talis est, ut qui eum manducet, interdum vivat, interdum moriatur. Sed panis ille alter, qui res est Sacramenti, longe aliter: Qui eum comedit semper vivit: nulli ille datur ad exitium. Atqui si saltem per accidens, id est, per abusum, non det vitam, profecto datur ad exitium: Ergo ne per ac. idens quidem, panis iste potest non dare vitam.

IX. Quid ergo? Nempe dicendum, eos qui Sacramentum sumunt ad exitium suum, non sumere rem Sacramenti. Nam si sumerent: Ergo aliqui sumerent ad exitium, quod negavit Augustinus fieri. Itaque facile exponitur id quod apud eundem legitur eodem tractatu, *Ac per hoc, qui non manet in Christo & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter, & visibiliter premit dentibus Sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tanta rei Sacramentum ad iudicium sibi manducat ac bibit, quia immundus presumpsit ad Christi accedere Sacramenta, qua aliquis non digne sumit, nisi qui mundus est.* Nam cum dixit sp. i. ualiter manducare carnem Christi: non dixit *ἀσχετικῶς*, quasi manduceret alias spiritualiter, alias non spiritualiter: sed *ἰζηγητικῶς* quia nunquam nisi spiritualiter. Aut certe si *ἀσχετικῶς* dixit, manifeste opposuit carnem Sacramento: nimirum ut spiritualiter ad carnem pertineat, corporaliter autem ad Sacramentum. Nam alioquin debuit dicere, non spiritualiter eos comedere carnem Christi: sed tantum carnaliter, quod tamen minime dixit: sed opposuit nominatim, carnaliter & visibiliter premere dentibus Sacramentum corporis & sanguinis. Quæ nostra sententia est.

CAP. XVI.

De cibo in secessum.

I. Ad do præcedentibus argumentis geminum absurdum. Si corpus Christi carnaliter comederetur: Ergo abiret in ventrem, & inde in secessum emitteretur. At hoc absurdum: Ergo & illud. Probatur consequentia ex Matthæi 15. *Nondum intelligitis, quicquid ingreditur in os in ventrem cadere, & in latrinam?* Theophylactus, *τὸ πρὸς τὸν ἄνθρωπον καὶ φασὶν εἰσελθεῖν εἰς τὸν στήθεα, ὅτι τὸ πρὸς βρώματις ἔσθεται ἐν τῷ ἄνθρωπῳ κατὰ τὸ ἀσχετικῶς, μηδὲν μολύνοντες τὴν ψυχὴν τῷ ἀσχετικῶν ἢ τῷ ἀσχετικῶν ἔσθον, Hoc quod omnes intelligunt, videntque, non intelligitis? Cibos non manere intus, sed per inferiora transire, nullo modo hominem inquinantes secundum animam: non enim intro manent.*

II. Assumpti partes duæ sunt, una de ventre, altera de latrinis. De priore abeunt à nobis Papistæ, qui, ut notauius in statu huius quæstionis, non concedunt tantum, sed etiam ex professo docent, corpus Christi abire in ventrem, id est, in stomachum, quod receptaculum est omnium rerum quæ sumuntur per modum cibi & potus. Sed hoc nihil nunc interest disputare. Quoniam hæ partes non sunt disparatæ, siue alternatiuæ, ut vel una sit, vel altera: sed copulatæ, ut utraque, tanquam vera per se: & omne quod intrat in os, abire in latrinas.

III. Ergo ad alteram venio, quam demonstrari non puto opus esse. Quia indignum est corpus illud sanctissimum, imo diuinum, tam absque reuerentia, imo tanta cum contumelia tractari, nempe in eas partes conici, quas ne civiliter quidem nominari absque præfatione moris est. Atque adeo respondentes huic argumento nullos contigit videre in eam partem diuertentes, ut id assererent quod negamus. Et quanquam olim recitauerimus ex Turrecremata deferri id corpus, quocumque species integras, in canis, suisque ventrem, atque adeo in loca immunda: Algerus tamen 2. de Sacramento c. 1. non sine horrore exagitat Stercoramitas nescio quos hæreticos, qui dicerent tantum Sacramentum sicut corporali comestioni, sic & secessui esse obnoxium; argumentis ab illis Christi verbis. Quare assumptionem syllogismi nostri secure possumus tanquam utinque concessam supponere.

IV. Propero ad solutionem. Bellarminus præfatur cum Algero, ad hæc & similia obiecta oportuisse aures obturare, & nihil respondere. Ast ego, amplius dico, ad omnia Veritatis obiecta debere Papistas tacere. Quanto enim præstaret, quam male loqui? Quam peruicaciter respondendo immane veritatis odium irritare, tum in seipsis, tum in animis siue audientium, siue legentium? Sed nostra alia conditio est: qui ut veritatis amorem procuremus, mendacii odium sollicitemus, debemus *τὴν ματαιολογίαν, καὶ φρεναπίπτας ἰστορίων, vaniloquis, mentiumque deceptoribus os obturare, ut loquitur Paulus ad Titum. Quod tum sit & commodissime & potentissime, cum eis suarum hæreseon ἀποστασὶς δὲ νόσημα tanquam stercora in ora iniiciuntur, ἵνα οἱ ἐξ ἐναντίας ἐσθῶσιν αὐτῶν*, ut qui se ex aduerso opponunt, pudeant.

V. In soluendo consequentiam infirmant, dictumque Christi contrahunt. Bellarminus, Loquitur Dominus de cibis, qui sumuntur ad alendum corpus. Ibi enim ordinarie eum cursum tenent, quem Dominus describit. Quare ipse Dominus post resurrectionem vere comedit & bibit, ut restantur omnes Euangelistæ, & Petrus Actor, 10. & tamen non emittit cibos in secessum, quia non comedit ad nutriendum corpus. Gardinerus addit Angelorum exemplum. Sicigitur corpus Christi, quod à fidelibus manducatur, non ad corpus nutriendum, sed ad animam sustentandam, non est necesse ut corporaliter digeratur, vel in secessum emittatur. Subtilius Gardinerus obiecto 88. partis 1. Quidam, quia in ventre non digerunt, & egerunt, profus intereunt. Quidam, casu interdum exiti

transmittunt in pulmonem: Quidam in gutture retinent, ut spiritu contranente gargarizent, & reddunt denuo. Multi nihil aliud quam os abluunt, & mox expuunt. Demosthenes in eum vsus os impleuit lapillis, ut assuescens referto ore loqui, libero eodem & vacuo loqueretur expeditus. Adeo non infertur ex verbis Christi, illa consecutio, In os intrauit: Ergo in ventrem abiit, vel in ventrem abiit, Ergo egestione secessit. Breuiator Bellarmini Baptista, Non posse intelligi de omni cibo simpliciter. Nam qui transit in substantiam animalis non in secessum vadit: sed solum ex omni cibo assumpto ad alimentum corporis, aliquam partem communit in secessum ire. Coferus obiectione decima. Non idem illud, quod sumitur iuxta speciem suam emittitur. Non enim eiicit homo panem, vel carnem, sed quæ ex partibus eorum impurius generantur excrementa. Itaque non egeritur corpus Christi, sed illud, in quod transferunt species panis & vini.

VI. Variæ sunt distinctiones, seorsim expendendæ. Prima est eorum quæ per os sumuntur, alia sumi ad nutriendum corpus: & sic concedi consequentiam, sed negari assumptum. Alia minime: & sic consequentiam negari: assumptum concedi. Sed cõc. essa distinctione, tamen dico in utroque genere veram esse consequentiam, & axioma Christi. Nam etiam quæ non sumuntur ad nutriendum corpus, tamen abeunt in secessum. Exempli gratia, medicamenta, quæ non nutriunt, sed purgant. Sed & alia, ut plumbum, argentum, aurum. Denique docet experimentum, quæ cunque eiiciuntur in stomachum, & sunt aliena a nutriendo corpore, ea necessario eiici, vel per vomitum, vel per secessum: alioquin esse noxia. Itaque verum est axioma, & certum in utroque genere proposito: ut non sit propterea cogenda in arctum sententia Christi. Iam autem Christi corpus, non esse aptum nutriendis corporibus, concedunt aduersarii. Tanto magis vrget argumentum.

VII. Nam quod obiiciunt Christum manducasse post resurrectionem, nec eiecit, est extra rationem huius vitæ, quæ est ante resurrectionem. Itaque poterat vile esse nouæ distinctioni, quam tamen nemo ausus attingere: Quæ comeduntur vel ante resurrectionem comedi, vel post resurrectionem. Et sane quid hæc ad rem pertineret? Nam Eucharistia nulla sumenda est nisi ante resurrectionem.

VIII. Instat Bellarminus: sicut Martyr restringit verba Domini ad manducantes mortales, sic se posse restringere ad cibum corruptibilem, quale non est corpus Christi, quod in Sacramento sumitur. Nam de mortalibus ideo tantum verum, quia soli comedunt, ut nutriantur: quocirca per se loquebatur de omnibus, qui comedunt ut nutriantur, per accidens autem de mortalibus. Nam si immortales indigerent nutritione, certe etiam digerent cibum, & egerent excrementa.

IX. Atqui sic primo deseritur distinctio: quia substituitur noua tibi corruptibilis & incorruptibilis: quæ non potest eadem esse cum comedentibus ad nutriendum, vel non. Deinde non est verum de mortalibus loqui Christum, ideo tantum quia comedant ut nutriantur. Ratio, quia etiam comeduntur, quæ non nutriunt: & tamen abeunt in secessum, ut diximus. Quare longe aptior distinctio mortalium & immortalium. Immortales autem egesturos in secessum, si egerent nutritione, ridicula speculatio est, suppositi impossibilis, tum etiam inutilis: tanto enim certior fieret nostra consequentia.

X. Quod attinet ad Angelos, Iansenius Concordiæ c. 147. *Aliter nunc manducabat Christus, & aliter Angelus Tobia Raphael in assumpto à se ad tempus corpore. Nam quia corpus ab Angelo assumptum non erat viuum corpus vel animatum, non erat etiam vera eius commestio, quanquam erat vera cibi contritio, & traiectio in interiorem partem corporis assumpti. Quæ verba mutuo sumpta ex Thoma parte 3. quæst. 55. art. 6. Maldonatus in 24. Lucæ, Angeli edere quidem videbantur, re autem vera non edebant: sicut vera non edebant: sicut vera etiam videbantur habere corpora, quæ vera non erant. Obserua. Corpora non fuisse animata, siue viuientia: quod quidem nemo neget. Sed quid mirum non ire in secessum, quæ ingeruntur in corpus inanime? Itaque rursus hoc exemplum aptum demonstrare necessariam distinctionem corporum viuorum, mortuorumque. Sed quid Eucharistia ad mortuos, vel mortui ad Eucharistiam?*

XI. Baptista distinguit cibum in partes, ut alia transeant in substantiam corporis, alia secerantur in excrementa. Itaque non omnem cibum eiici. Non legerat videlicet Hieronymum: qui, *Ex hac, inquit, sententia quidam calumniantur, quod Dominus physica disputationis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire, & in secessum dirigi: cum statim infusa esca per artus & venas ac medullas nervosque fundantur. Sed istiusmodi homines dum volunt alterius imperitiam reprehendere, ostendunt suam. Quamuis enim tenuis humor & liquefscens esca in corpus fundatur, tamen cum in venis & artibus concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis, quos Græci *ὄρα* vocant, ad inferiora delabuntur, in secessum vadit. Autore ergo Hieronymo etiam partes singulæ abeunt in secessum. Quod tamen non videtur ita esse. Maldonatus melius, *Id scilicet Christus nesciebat, quod nemo nescit. Loquitur igitur non philosophice, non subtiliter, sed populariter: nam quia minimum remanet, ita loquitur, quasi nihil significet remanere.**

XII. Nos vero clarius. Primo, differte omne & totum. Et quanquam sit falsum totum cibum ire in secessum: tamen verum est, omnem cibum ire in secessum: Quomodo verum, omnem cibum nutrire corpus? quanquam ea pars vnde sunt excrementa, non nutrit. Veruntamen hæc *λεπτόν* nihil ad thombum: quoniam absurdum est corpus Christi siue totum, siue per partes abire in secessum. Præterea hoc verum de iis tantum quæ concoquuntur. Nam quæ aliena à concoctione, ea tota, & integra abeunt in secessum, ut aurum, argentum, plumbum, & haud pauca alia. Nam ista cuncta necessario secerantur vel per vomitum, vel per stercus: Atqui corpus hoc non semper per vomitum. Horret animus, quæ sequantur cogitare: quæ tamen non omnes Papistæ horruerunt eloqui. Imo quod omnibus necesse est videre: cum ponant esse, vbicumque species sunt non mutatæ. Certum sit autem esse nonnunquam stomachi tantam infirmitatem, ut eiiciantur per *λεπτόν* integæ, nec violatæ. Vnde consentaneum sit aliquid etiam durius, quam quod olim Beaz Cardinalis Lotharingus obiecit, Christum in cæno.

XIII. Gardinerus directe impugnat Christum, negans bene sequi. Iniicitur

V. Sed acere dentes dicuntur, non quicumque aliquid sumunt per oris instrumentum. Fateor nam per oris instrumentum sumitur etiam potus, in quem dentibus nihil iuris. Itaque debuisti saltem addere manducationem. Sed non est ausus tam manifeste prodere causam suam. Sciunt enim omnes id dici de omnibus qui parant se ad aliquid manducandum. Vnde enim habet illam contradictionem, de iis qui cum delectatione? Possent non obfistere, si desiderium dixisses, & quidem vehemens. Sed delectationem palati dico esse conquistam nimis violentè. At, inquis, non qui iubentur. Imo, inquam, etiam qui iubentur: modo ne inuiti. Nam fieri quaedam à volentibus, quæ tamen imperantur, nemo opinor, ignorat.

VI. Gardinerus soluit longe aliter. Primo, agnoscit carnis edulium, quod digne peractum, non sit horrore, sed honori. Non posse autem horrorem esse, absque vera carnis præsentia, & exhibitione. Secundo, potum sanguinis dici sanctificare. itaque ipsam sanguinis veritatem indicari, ut ab effectu causa æstimetur. Tertio, corpus Christi appellari panem sanctum; & hunc frangi atque hoc exponi in Christo distinguere diuinitatem ab humanitate, fide sincera. Itaque illud, non dentes acimus, non esse officij dentium reiectiohem; sed fractionis quæ dente fiat, ab ea quæ fide distinctionem: illam signum, hanc esse signatum. Et horum comparatione dentis officium extenuari: ut cum regnum Dei esse dicitur non in sermone, sed in virtute.

VII. Laboriosa hæc, atque intricata solutio est, denique etiam nihili. Carnis edulium, atque horrorem ipsi legebamur, ut non opus fuerit moneri à Gardinero: sed qui scimus edere in hoc toto argumento sumi metaphoricè, non poteramus mirari edulium inde dici, eodem sensu. Horrorem esse nullum absque carnali carnis præsentia, & exhibitione, facile concedimus. Sed & vicissim docuimus non posse eandem carnalem præsentiam, exhibitionemque esse absque horrore. Itaque negato horrore, necessarium esse dicimus negari carnalem illam præsentiam, exhibitionemque. Quare rideamus affatim acumen sophisticæ, quæ quia nullus sit horror, concludat esse ergo talem præsentiam: quasi qui daret nullum esse diem, concluderet Solem esse exortum. Tam norunt magnifice consequentias suas necere Papistæ.

VIII. Potum sanguinis Christi sanctificare, bene, vere, pie dictum Cypriano. Nec veritatem sanguinis hoc ipso negatim indicatam. Nam quis sanguinis spectrum cogitauit inducere? Sed nimirum Papistice veritatem dixit Vintoniensis Episcopus pro carnalitate. Verum hæc iterum consequentia cachinnos excitat. Et, ut ab effectu moris est causam æstimari, efficit ut cogitemus quantæ stupiditatis sit Papisticus error, à quo talia oriuntur consequentiarum portentosa. Nos contra potius dicimus, quia loquatur Cyprianus de potu sanctificante: Ergo non loqui de carnali illo somnio, à quo nemo sit vnquam sanctificatus.

IX. Christi corpus appellari sanctum panem nego. Et hunc panem frangere esse idem cum distinguere diuinitatem ab humanitate, nihil ad me. nihil ad rem. Est enim aliud dentes acere, aliud panem frangere. Et quamquam panem frangi certum sit, ne Papistis quidem contradicentibus: tamen nihil vetat id sumi allegoricè.

X. Ea phrasi distingui fractionem quæ dente fiat, ab ea quæ fide fit, concedo: sed ita ut negetur ambabus locum esse in eadè re, id est, corpore Christi: quod nostrum argumentum est. Et hæc tenent etiam verum non reici officium dentium, sed extenuari: nimirum quoniam in Eucharistia dentes sint necessarii propter signum: quod quia à nobis non appetitur propter se, sed propter aliud, ideo recte monemur non subsistere in eo. Verum si copus Christi dicas, omnino necesse est non tantum extenuari, sed omnino reici officium dentium: nimirum quia explicetur per allegoriam. Ut cum Christus fermentum esse doctrinam Phariseorum, tum non extenuauit vsum fermenti, sed omnino reiecit, id est, docuit se nullo modo loquutum esse de fermento proprie dicto. Ita nunc sane: quoniam fractio corporis Christi, explicatur distinctio humanitatis & Deitatis, omnino illud, dentes non acimus, significat nullum in eo officium esse dentium.

XI. Hæc tenent de Cypriano. De Augustino primo loco Bellarminus respondet c. 7. lib. 1. Augustinum agere non de Sacramento, sed de fide incarnationis. Rationem addit: Nondum enim peruenerat ad locum Euangelij ubi agit de Sacramento.

XII. De fide Incarnationis quid hoc sibi vult? An incarnationem nominat tanquam peculiarem articulum? Exempli gratia, ut cum creditur Eutyches incarnationem, etsi non crederet in confusas naturas? Hoc vero falsissimum commentum est. Nihil enim Augustinus eo loco habet de incarnatione magis quam de omnipotentia, aut resurrectione, aut aliis articulis. Non magis, inquam, quam Christus ipse de Incarnatione egit seorsim in ea concione. An ergo generalius, ut cum fidem Christi dicimus, eam, quæ etiam credat in Deum Patrem, & Deum Spiritum Sanctum? quomodo statim, atque adeo eodem contextu leges, *Sunt opera quæ videntur bona sine fide Christi, & non sunt bona?* Hinc ego sensum admitto. Nam reuera Augustinus versatur in exponendis his Christi verbis, *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Sed hoc modo quid pertinet ad argumenti solutionem? Nam hæc ipsa fides est, quæ comedit carnem Christi in Eucharistia: & comedit absque vilo dentium apparatu, ut nos volumus.

XIII. Atqui, ait, nondum Augustinus peruenerat ad locum de Sacramento. Imo, inquam, peruenerat ad locum de re Sacramenti, atque eatenus etiam de Sacramento. Nam, ne nescias, non fuit Augustinus ex his postremis Papistis, qui concionem illam eius capitis misere discernerunt, ut aliam in ea manducationem somniant ab initio, & aliam in fine. Sed fuit inter Veteres Catholicos, qui totam concionem interpretari sunt de vna & eadem manducatione carnis Christi: ut suo sumus loco plenius explicaturi: Cuius manducationis Eucharistia Sacramentum est. Itaque sensus est, eam ipsam manducationem, quæ fit in Eucharistia: manducationem, inquam, ipsius carnis Christi, non fieri opera dentium. Vnde nobis tuta conclusio, non esse corporalem, carnalem, Capernaïticam, Papisticam.

XIV. Nugatur prolixius Petrus de Bollo. Primo ab Augustino explicari Euangelium allegoricè. Atqui ex solo sensu literali trahi efficax argumentum. Secundo, proponere leuamen eorum, qui vel repentina morte, vel dirrissimis morbis affecti, vel inter fidelium cruciatus, vel propter tyrannorum minas sacramentaliter & realiter recipere non possint corpus Christi: nam his solam fidem opulari, ut scilicet credant, quod vere & realiter sub specie-

bus panis & vini subsistat corpus, & ita fieri participes non miuus quam si faucibus deglutissent: Tertio, explicandum Augustinum per Augustinum, cuius hæc sunt tractatu vicefimo septimo in Ioannem nimirum circumferentiarum in illud 6. caput. *Hoc est corpus quod Dominus de carne sua, & sanguine suo locutus est, & quod in eius gratia vitam nobis promissit aternam: & quod hinc soluit intelligi manduca ores & potatores carnis & sanguinis sui: ut in eo maneat, & ipse in illis: & quod non intellexerunt, qui non crediderunt: & quod spiritualia carnaliter sapiendo scandalizati sunt: Et quod eis scandalizatis, & perierunt: bus, consolatio Domini affuit discipulis qui remanserant, ad quos probandos interrogauit, Nunquid & vos vultis ire? ut responsio permutationis eorum innotesceret nobis, nam & ille nouerat, qui manebant. Hoc ergo totum ad hoc nobis valeat, dilectissimi, ut carnem Christi non edamus tantum in Sacramento, quod & multi mali: sed usque ad spiritus participationem manducemus, & bibamus: ut in corpore Domini tanquam membra maneamus, ut eius spiritu vegetemur: & non scandalizemur: etiam si multi modo nobiscum manducant & bibunt temporaliter Sacramenta, qui habebunt in fine aterna tormenta.*

XV. Mirarer artificium: si nunc primum mihi noti essent Papistæ. Allegoricæ interpretationis mendacium est apertum. Neque enim est quicquid, quod allegoriam redoleat. Deinde etiam si daremus esse allegoriam: tamen ineptissime locutus est Sorbonicus doctor. Nos enim non ab allegoria ducimus argumentum, id est ab Scriptura per allegoriam explicata: sed ab ipsa explicatione: id est ab Augustini mente: imo etiam disertissimis verbis. Ut si quis verbis Christi iubentis vitari doctrinam Phariseorum inhæretet aliquid probaturus, etsi hæc explicent allegoriam fermenti: tamen nullo modo argumentatur ab allegoria. Itaque nihil lucratus est doctor Sorbonicus, nisi ut ostenderet se nescire quid sibi velit, non esse ab allegoria certum argumentum.

XVI. De ægrotis, aut in martyrio tyrannideve positis, verissimum est. Iis nempe leuandis studere Augustinum. Nimirum, quoniam ex ea manducatione Christi quæ fit absque dentium ministerio, ingens consolatio redeat ad omnne genus homines: tum ægrotos, tum sanos: tum in martyrio iudicantes, tum in pace positos. Verum ridiculus Sorbonista sperat persuasum iri id esse obiectum adæquatam, ut loquuntur, Augustini, quasi ad sola eorum hominum genera dictum sit, ne parent dentes, & ventrem: quod nemo crediturus est cordatus, cui vel tantum lectus sit locus, in quo neque morbi, neque tyrannidis, neque martyrij vllum est vel vestigium.

XVII. Tum autem quid hoc est leuaminis? Ut credant vere & realiter sub speciebus consistere corpus & sanguinem. Audaçter ut omnia, sed nunc quid ad me: Nunc, inquam, cum ago non de præsentia reali, sed tantum de manducatione: Atqui manifesta res est: si manducare corpus Christi, est credere ipsum consistere realiter sub speciebus: Ergo manducatio corporis Christi non est carnalis: quod nunc contendimus. Consequentia certa: quoniam fides nihil ad dentes, & os, & stomachum.

XVIII. Superest postremus conatus, de interpretatione petenda ab iplo Augustino. Optimum sane consilium. Sed nouo quodam fato consultori pessimum. Nam quid habet Augustinus? Manducatores carnis, & potatores sanguinis. Audio. Sed qui non carnaliter intelligant: ac proinde nec carnaliter comedant. Nam hoc diserte distinguit Augustinus, ab iis qui scandalizabantur, corporaliter intelligentes. Tales ergo potatores, tales manducatores voluit, quales & nos volumus: quales Papistæ nolunt. Rursus, qui edant & bibant non tantum in Sacramento, sed usque ad spiritus participationem. Recte quia manducatio corporalis hæret Sacramento: neque vltcrius progreditur. Significant ergo hæc verba geminam manducationem necessariam esse in Eucharistia rite celebranda, vnum corporalem, quæ hæret Sacramento externo, id est panem alteram spiritualem, quæ obiectum habet corpus Christi. Itaque noster est Augustinus etiam hoc loco, & sibi vbi-que pulcre consentiens.

CAP. XIX.

De non manducando ipso corpore Christi.

I. Quicquid comeditur corporaliter, ipsum per se comeditur. At corpus Christi ipsum per se non comeditur. Ergo neque corporaliter comeditur. Maior patet ex sensu communi. Nam opponuntur per se, & per aliud. Et per se comedi, significat, cum quid in seipsum recipi actionem estitationis: ut panis, ut carnes, ut reliqua. Per aliud autem contra, cum non est ipsū subiectum eius actionis. Sic potest vinum manducari: sed non per se: verum per aliud, nempe in pane macerato. Sic musca bibi, si sit in vino. Nam alioqui fallum, aut vinum per se manducari, aut muscam per se bibi.

II. Assumptio est ab Hieronymo apud Gratianum de Consecrat. distinct. 2. c. 7. 6. *De hæc quidem hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa vero, quæ in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet.* Item ab Augustino in Plal. 98. *Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus quod videtur manducaturus estis, & bibiturus illum sanguinem quæ fit, uti sunt, qui me crucifigunt. Sacramentum aliquod commendavi vobis: spiritualiter intellectum vivificabit vos. Et si necesse est illud visibiliter celebrari oportet tamen invisibiliter intelligi.* Recitantur hæc verba à Gratiano c. 44. & 45. dist. 2. de Consecratione.

III. Hic Papistæ primum negant agi contra realitatem. Gardinerus obiecto 220. part. 1. Eodem in loco habet Augustinus, Christum carnem quam assumpsit ex Virgine, dedisse manducandam. Vnde veritas rei data in Sacramento manifeste constat. Quod nec Bellarminus omisit, tantum postremo posuit loco, Verum, inquit, corpus Domini sumi in Eucharistia, ibidem docet, cum ait, esse ipsam carnem, in qua Dominus ambulauit: & à nemine manducari nisi prius adoretur.

IV. Atqui nunc disputatio est non de realitate: sed de carnali manducatione. Non est autem consequens, si realiter adsit, ideo carnaliter manducari carnem Christi. Itaque si maxime eam probasset realitatem Augustinus tamen hæc verba recte opponerentur carnali manducationi. Sed enim realis præsentia, quamquam præsentiam non dixit Augustinus: sed realis præsentia, necessario est in manducatione spirituali: ut postea dicam: sed ipsa etiam

etiam spiritualis non enim contradicunt spirituale & reale. Nisi forte cum dixit Christus, se cibum esse dandum a Patre: quod ne aduersarii quidem negant dicitur de spirituali manducatione, quis velit ita intelligi ut nihil reale Pater fuerit daturus.

V. Ceterum illud quod obiiciunt, neminem manducare, nisi prius adoretur, pro nobis certe obiiciunt contra se ipsos: Inde enim constat Augustinum intellexisse spirituales manducationem, de qua sola id verum est. Nam in corporali, certe ut miram hypocritas, qui quotidie sic dicuntur comedere, quam quisquam sanctissimum Quare de eo genere manducationis mentitus esset Augustinus. Quod neque aduersarii admittant in tam laudato teste: neque nos facili toleremus.

VI. Quomodo igitur soluitur? Iam olim Iuo Carnotensis Epistola 284. quae ad Haemeticum, *Dixisti te herere in quibusdam verbis beati Augustini: tum recitatis his quae nunc praemanibus. Quod sic ait, conuenienter intelligi potest: quia ipsum est, & non ipsum. Ipsum quidem materiali essentia, sed non visibilis forma.* Hanc explicationem amplexus est Lanfrancus contra Berengarium. Sed & Gratianus cap. 45. de Consecratione dist. 2. & quidem non sine fraude, vno contextu, quasi esset ipsius Augustini.

VII. Hac rima se nunc euasuros sperant omnes nostri Papistae. Gardinerus ad Hopperi articulo 9. In illa antithesi nihil aliud quam distinguit visibile ab inuisibili: manifestum ab occulto: apprensibile a latente: sensibile, ab intellectu: speciem propria a figura aliena: quia non accipimus in mystico corpus visibile, sed inuisibile, non manifeste secundum carnem carnaliter praesens, sed arcano & spirituali modo, & praesens & datum: non corpus apprensibile, sed latens: non quod sensus sentiant, sed quod intellectus dono fidei illuminatus intelligat: non specie & effigie corporis propria, sed sub figura, id est specie panis. Bellarminus, voluisse Augustinum dicere, non idem corpus manducandum, id est non eodem modo. Nam corpus in specie mortali & visibili aderat tunc praesens, comedendum autem erat in aliena specie, & impassibiliter ac inuisibiliter se habens.

VIII. Videto statim quibus hoc somnium confirmant argumentis. Nunc solutionem placet considerare. Et dico esse extra rem. Nam argumentum erat a manducando corpore per se. Atqui eo non pertinet distinctio visibilitatis: & quaeunque in eam rem multiplicatur vocabula. Nam exempli gratia, possunt inuisibiliter sumi ea quae per se. Etenim venenum in calice propinatum omnes lenius fugit: non minus quam caro in specie panis. Et tamen venenum in calice sumitur per se, bibitur quidem foras per aliud, nimirum dilutum humido multo: sed sumitur tamen per se, quia per suam materiam, ut aliter in pilulis, etiam deauratis. Atqui argumentum fuit non de sumendo quocunque modo, sed comedendo per se corpore.

IX. Sed ipsa interpretatio quam violenta! quam inuisitata! Non hoc corpus quod videtur, ut sit hoc corpus non quale videtur. Quis enim nescit hoc genus pronominum non qualitatem designare, sed ipsum subiectum qualitarum? Dicant a seipsis si possunt aduersarii. Quid enim illud quod legunt, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur*, apud Paulum, aut sine quisquam eorum interpretari, quale est cum frangitur videlicet in cruce? Ioannis 10. *Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat.* Dic nonne hic est talis qualis sedebat: quid erit sani? Nam cecus sedebat: tum erat oculatus: itaque non talis Act. 3. *Agnouerunt eum esse, qui ad eleemosynam sedebat.* Ergone talem, qualis sedebat? Nonno, *Hic est qui populus us est in Hierusalem eos qui inuocabant nomen eius.* An talis? Minime, sed mutatus. In confessione Berengarij legis: Panem & vinum quae in altari ponuntur post consecrationem esse verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi. Eja, Papistae, dicite, si audetis panem & vinum qualia in altari ponuntur esse corpus & sanguinem. Nam & nos *scire* saltem mutata agnoscimus: & vos etiam amplius substantia. Possunt vos infinitis exemplis obruere: si res esset tanti.

X. Tum autem illud Hieronymi secundum se, non potest pati hanc imposturam. De ea, inquit, hostia, quae est in cruce oblata, non licet edere secundum se. Secundum accidentia diceret: si eam quidem, sed alteratam intelligeret. Nam profecto caro illa in macello edita secundum se editur, etiam si cocta, non est talis, qualis erat. Et ne longe abeam, species ipsa si credimus Papistis, tam sunt mirifice alteratae, ut subsistant per se: qualis mutatio carer omni exemplo: Et tamen tam comeduntur secundum se, ut per eas corpus illud, quod fingunt sub iis latitare, dicatur conteri dentibus.

XI. Praeterea si non tale est manducatum, quale erat: Ergo non est manducatum mortale. At hoc absurdum: Ergo & illud. Consequentia patet: quoniam tunc cum distributa est Apostolis Eucharistia, Christus habuit carnem passibilem: & non impassibilem. Assumptum autem probatur, primum ex verbis Christi, *Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur.* Deinde, quia absurdissimum sequeretur Christo fuisse eodem tempore corpus passibile, & impassibile. Innocentius tertius c. 12. *Incredibile iudicatur, ut secundum eandem naturam simul esset mortalis, & immortalis.* Sed & Thomas artic. 3. q. 81. part. 3. *Tale corpus tunc dedit discipulis, quale habuit. Habuit autem tunc corpus passibile & mortale. Ergo corpus passibile & mortale discipulis dedit.* Iuo Carnotensis Epistola 284. *Respondetur, discipulos Christi corpus tale accepisse, quale tunc erat, non vero tale accipere, quale nunc est, non & ideo quae autoritas contradicat.* In quibus verbis non tantum assumptio nostra probatur: sed etiam axiomata stabiliuntur oppositum ei enuntiato quod impingunt Augustino: Non tale corpus accipere estis, quale videtur. Nam isti contra: tale datum quale erat: Ergo etiam quale videbatur. Non enim videbatur quale non erat.

XIII. Huic respondet Bellarminus argumento, quod erat oppositum a Martyre. In vltima Caena corpus datum discipulis fuisse mortale, sed datum illis modo immortali, & impassibili: ut enim erat sub specie panis, tunc non poterat, licet alioqui in propria forma pati & mori posset.

XIV. Nugae. Nam quem appellat modum illum quo datus est Apostolis: ipsiusque corporis, an ipsius donationis? Ut exempli gratia, alius modus est Christi visus, alius Christi tactus, id est quo videtur & tangitur: quanquam non sit alius & alius Christi ipsius. Et rursum alius etat modus Christi infantis, & Christi adulti, etiam si videri posset eodem modo. Quomodo ergo modum Bellarminus suum intelligit? An ipsius donationis, non autem Christi

si? Mitto dicere, quam absurde dicatur modus donationis in eo respectu, & immortalis: sed haec solutio esset extra rem. Nam in verbis Hieronymi & Augustini, de quibus nunc quaestio de ipso corpore agitur, non de donatione. De illa hostia, inquit ille, quae oblata in cruce: Hoc corpus, inquit iste, quod videtur. Atqui haec hostia, hoc corpus longe sunt aliud, quam haec donatio, siue haec sumptio hostiae, siue corporis. Nam si non esset aliud corpus, & donatio siue sumptio corporis absurdum sequeretur, ipsum corpus esse hypocriticum, quoniam aliquando sumptio est hypocritica, quod est horribile. Quare *deus* solutio.

XV. An igitur modus corporis? ut cum alio modo sumitur caro ex macello, alio ex olla: illa enim cruda, haec vero cocta. Ergo eodem tempore aliter & aliter se habuisset corpus Christi ad te ipsum. Imo contrarie: nam passibilitas & impassibilitas, cum sumuntur pro modis eiusdem rei, sunt in contradictione: quae simul esse non possunt. Itaque conceptum ab Innocentio, *Incredibile iudicatur ut secundum eandem naturam simul esset mortali & immortali.*

XVI. Denique modum rei cum oporteat dici rei ipsius ad se comparatae, non ad aliud, necesse est vno eodemque tempore vnicum esse rei modum, non plures: alioquin res ipsa differret a seipsa. Quod secus est de modis rei comparatae ad alia. Ut eadem auis infra caelum est, & supra terram: nunquam autem superior, aut inferior seipsa. Est impassibilitas, & passibilitas, modi sunt rei, non comparatae ad aliam: sed ad se ipsam. Itaque non possunt eidem corpori eodem tempore tribui. Nam & ipsi Papistae in suis illis disputationibus de Vtopia, & Polytopia, sic distinguunt; quae affectiones dicuntur secundum locum, posse alias & alias esse, & ideo Christum potuisse simul & semel affixum esse cruci, nimirum in Caluarie: & non affixum, videlicet in ciborio. Hoc enim casu negant valere concomitantiam. Sed quae affectiones sunt absolutae, & in re ipsa, eas negant diuersas esse posse, puta posse vnum eundemque Iesuitam in Iaponica aegrotare, & Romae eodem tempore plena sanitate gaudere. Imo si esset Romae ad ignem magnum: & in Iaponica in gelu, tum utrobique futurum tepidum. Nimirum quia aliud sit esse in igne, aliud calefieri. Illud affixum loco, hoc vero corpori ipsi. Itaque quia non est idem locus Roma, & Iaponica, posse Romae Iesuitam ad ignem esse: minime vero in Iaponica. Sed si calefiat Romae, non posse non calefieri in Iaponica, quia videlicet, non sit aliud & aliud corpus, ut alius & alius locus. Cum ergo Romae ad ignem calefiat, & in Iaponica ad gelu frigeat, vnum idemque corpus, necesse viderunt misceri qualitates: & inde tepidum fieri. Haec illi subtilissimo primi omnium, qui in orbe philosophi fuerint, excogitarunt acumine: magis meriti laudem ab schola Papistica, & certum de haereticis triumphum, quibus ab hac noua philosophia necesse est imparatissima esse ingenia. Sed ut ad rem redeam, subit mirari, quomodo a se tantopere discedant, ut qui dixerunt oportere eundem Iesuitam constitutum in tam disparatis locis, tamque contrariis circumstantiis, non posse esse calido, simul & modo frigido: Nunc iidem asserunt, idem corpus in mensa passibile, in speciebus impassibile, non habere tamen se modo quodam medio: neque passibile neque impassibile, ut neque frigidum, neque calidum. Quanquam possunt & alia accidere non minus mira. Nam si eundem Iesuitam contingeret apud Iapones instar quadraginta martyrum, pro Ignatiij nomine expirare (qui sumus est Catholicismus: non minor credo quam cum pro imaginibus olim) expirare, inquam, eum qui Romae ad ignem ingentem: tum quareo utrum quemadmodum inter calorem & frigus: sic medio quodam gradu esset inter mortem atque vitam; neque Romae neque in Iaponica martyr: neque enim credo, a tempore eadem mors, quae a gelu. Sed, puto, non sunt haec ad viuum reseranda: & expectandum, dum diligentius exposita recens Philosophia, omnibus incommodis sui mederi dicat: ut hodierni Astrologi expectant aliquid certius demortu trepidationis.

XVII. Redeo ad rem: vnde me aliquantulum abduxit nouae subtilitatis admiratio. Examinatum eo ea argumenta, quibus disputantur mihi Sophistae sic interpretandum Augustinum. In quibus hoc esto Gardineri primum. Quum ita loquitur Augustinus, *non hoc corpus quod videtur comedatur estis*, annon ipsa locutionis phrasi significat corpus dari vere comedendum, sed non hoc quod videtur dari? Eam enim vim & emphasis habent illa verba, *Non hoc corpus quod videtur, ut in finem, aliud corpus quod non videtur comedatur estis.* Nam ubi nullum datur comedendum, ridicule dicitur, Non hoc quod videtur, ut rem non subsistentem conetur distinguere. Non enim cauellatur Augustinus: sed serio loquitur in re maxime seria, & duntaxat corpus quod videtur, non dari comedendum dicit, aliud id est, qualitate diuersum corpus dari omnino fatetur. Iam vero quum sit absurdum cogitare ab Augustino significari gemina Christi corpora fuisse: illud aliud corpus quod datur comedendum, substantia vnum cum hoc quod videtur, credamus, licet propter alias qualitates possit dici aliud. Contra meo more. Quisquis dicit corpus Christi aliud ab eo quod videbant discipuli, manducandum: is dicit manducandum, non tale, quale videtur. At Augustinus dixit Christi corpus aliud ab eo quod videbant discipuli, comedendum. Ergo dixit comedendum non tale, quale videbatur. Maior probatur, quia vnum sit duntaxat corpus Christi, non plura. Minor probatur, quisquis dicit non hoc Christi corpus manducandum, significat aliud manducari corpus Christi. At Augustinus illud dixit. Ergo hoc

XVIII. Nihil est in diluendo laboris. Negatur minor prioris syllogismi: nimirum, Augustinum dicere aliud Christi corpus ab Apostolis manducandum. Quoniam ille tantum dicit, non hoc corpus manducaturus quod viderent. Imo, inquit, hoc ipso significauit aliud manducaturus. Falsissimum, inquam. Doceo exemplis in oppositum. In Andria, *Te obtestor, ne abs te hanc gregem.* An ergo ut aliam? Nuga. Rursum, *Nempe huic profus illam non dat.* Scilicet alteri daturum, infero necessarios Tertio, *Haec nuptia non apparabuntur mihi.* An igitur aliae? Imo idem statim, *Nec postulat ab aliis quicquam uxorem dare* Hecyra, *Ille reuulset iam nunquam.* Nempe de eo negabat, quod futurum putaret de alio Similiter Matth. 26. *Non bibam ab hoc tempore, ex hoc fructu vitis, v. g. ad diem illud:* an quia de alio? Sic videlicet absurdissimi Sophistae sunt, cum se putat esse subtilissimos. Et ita sperant olim se nobis imposituros, cum diceret peccatum in Spiritu

Spiritum Sanctum non remittetur neque in hoc seculo, neque in futuro. Ergo aliquid aliud remitteretur in futuro. O impostores ut antiquum obtineris: neque vestra interest, ex quo ligno Mercurium faciatis!

XIX. Secundo alia ratione falsum, si negetur hoc corpus Christi comedendum ideo sequi aliud corpus Christi comedendum. Quid enim prohibet dicere, Ergo aliud corpus comedendum: Aliud, inquam, corpus: non autem aliud corpus Christi: Videlicet hoc sensu: Non estis manducaturi hoc corpus: quod nunc videtis: sed aliud quoddam corpus, quod non videtis, nempe panis. Quæ vere mens est Augustini: quam vident quidem Sophistæ: sed profecto lingunt non videre. Certe propterea Augustinus primo, non dixit, Non hoc corpus meum, siue Christi, quod videtis: videbat enim, & vsu communi tubaudiri posse in aduersaria parte: Ergo aliud corpus Christi: sed dixit, non corpus, quod videtis: vnde nulla necessitas postulat intelligi aliud, quam, Ergo aliud corpus, quod non videtis. Secundo addidit, *Sacramentum aliquod commendauit vobis*: significans fore vt manducarent oraliter non corpus Christi, sed eius corporis Sacramentum.

XX. Aliud eiusdem argumentum. Si tenuisset Augustinus Eucharistiæ mysterium ex panetriticeo, & corporis Christi figura constare, quomodo isti figuratores contendunt: ita fecisset loquentem Christum, Non meum corpus comedetis, sed signum corporis, quia solam figuram vobis commendauit: sed quemadmodum signum & figura naturali alimento reficiunt corpus: ita ego mei corporis virtute reficiam vos.

XXI. Quo autem sensu nominatur panis triticeus, & corporis Christi figura? An veluti duæ partes integrales, siue duo termini relationis Sacramentalis? Viderit quosnam figuratores appeller. Certe si nos, aperte calumniatur. Nunquam enim hæc nostra fuit sententia, qui semper & ingenue & & constanter confessi sumus Eucharistiam duobus constare, duobus confici, Sacramento, id est pane, & re Sacramenti, id est corpore Christi.

XXII. Sin autem *ovum & panis*, designent vnam eandemque rem, ita vt panis triticeus sit *ovum* figura corporis Christi potest tolerari, dum Eucharistiæ mysterium nominet pro altero relationis Sacramentalis termino, videlicet (sensibili, cui proprie Sacramenti nomen competit, ex ea definitione vnde dicitur sacra rei signum. Nam profecto non potest hac notione Sacramentum constare ex duobus, haud magis quam pater ex Abrahamo & Isaac: Marius, ex Isaac & Rebecca. Itaque sana illa & vera sententia est, quæ dicit Eucharistiæ mysterium, siue Sacramentum, id est, eam partem quæ signum est, constare tantum ex pane & figura corporis Christi.

XXIII. Sed & eo concessio antecedente, verum est consequens. Atqui adeo sic Augustinum dixisse persuasissimum habemus. Sic, inquam, quomodo Gardinerus expressit: *Non meum corpus comedetis, sed signum corporis*. Nam etsi totidem non sint syllabæ: tamen syllabarum ea virtus est. Etenim, quod corpus meum Gardinerus dixit, Augustinus expressit, *Hoc corpus quod videtis vt Act. 1. Hic Iesus qui sursum receptus est*. Reliquum autem est in necessaria consequentia Nam quia manifestum est Eucharistiam esse manducandam: & eandem duobus constare nempe signo, & corpore Christi: profecto qui negat corpus Christi esse manducandum (nempe oraliter) idem dicit solum signum manducandum. Idem confirmant sequentia: Sacramentum commendauit vobis quod necesse est visibiliter celebrari: sed oportet spiritualiter intelligi. Nam visibiliter celebrari est oraliter comedi: itaque manducationem istam oralem docet propriam esse Sacramento, id est signo: At inuisibilem intelligentiam rei significatæ. Quare Gardinerus inconsiderate pro argumento obiecit id ipsum, quo nos nitimur argumento.

XXIV. Non habet Gardinerus plura Bellarminus vnicum. Apostolus I. ad Corinth. 15. *Non corpus quod futurum est seminatur, sed nudum granum*: vbi similiter intelligit, non idem corpus humanum mori & seminari, in sepulchro, quod postea resurrectorum est: non quod non idem sit corpus numero futurum: sed quia non idem quoad qualitates. Ambrosius 2. de Poenitentia c. 10 refert, quendam dixisse, *Ego non sum ego*: quia mutauerat vitam & mores. Hieronymus in primum ad Ephesios, dicit aliam esse carnem in Eucharistia, aliam fuisse in cruce, etsi euidenter ponat in Eucharistia veram carnem, & eandem cum ea, quæ in cruce. Denique Luca 24. Dominus, *Hæc loquens sum vobis, cum adhuc essem vobiscum*.

XXV. Respondeo, hæc omnia exempla valde esse dissimilia. Postremum certo non intelligo quam vim habeat. Non enim si illa Christus diceret eum præsens esset, sequitur eundem alium & alium fuisse: sed tantum diuersis temporibus ipsum fuisse. Concedo equidem fuisse alium tum cum diceret, quam postea fuerit, cum non esset cum eis: sed nego id consequi ex vi verborum: quam nos hic quaerimus.

XXVI. Porro in nullis exemplis habes eandem phrasin, quam vsurpauit Augustinus, *Non hoc corpus*: sed alias, quæ non idem pollent. Neque enim dixit vnquam Paulus. Hoc corpus quod sepelitur non resurget: etsi dixerit nudum granum leui, non id corpus quod futurum sit. Etsi de grano & dixerit & vere dixerit non id seminari, quod futurum sit: nam re vera numero, ac proinde substantia differunt, granum seminatum, & id quod postea prodit: alioquin nulla multiplicatio esse quiret. Porro quaestio quam Paulus explicabat pertinebat ad qualitatem, verba diserta fuere. *At dicitur aliquis quomodo sit, est autem mortuus? & quomodo? Quali autem corpore prodentis?* Itaque

nunquam dixit (repeto enim libens) non hoc corpus resurrectorum: sed volebat ex ea granorum similitudine concludi: non tale resurrectorum, quale est sepulchrum.

XXVII. Ambrosij illud, *Ego non sum ego*, primo manifeste figuratum est, neque quisquam auderet explicare, Hic non est hic, siue iste non est iste. Videlicet, quia Hic, siue iste, non indiuiduum duntaxat designat, sed in tempore præsentis: itaque sensum oportet esse: Iste qui nunc est, non est iste qui nunc est: quod est absurdissimum, & præter omnem mentis conceptum.

XXVIII. Hieronymum primo cur contraxerit Iesuita ad Eucharistiam, nulla fuit causa. Nam ille nullo eam aut expressit nomine, aut signo indicauit. Est enim sic locutus, *Dupliciter sanguis Christi, & caro intelligitur: spiritualis illa atque diuina, de qua ipse dixit, caro mea est vere cibus, & sanguis meus vere est potus: & Nesci manducaueritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam aeternam. Vel caro & sanguis, quæ crucifixa est, & qui mihi in effusus est lancea*: Nam etsi hos locos nolunt Sophistæ latius patere, quam ad Sacramentum, tamen non propterea Hieronymus illis ita est vsus. Sed hoc ad hanc nostram rem non est magni momenti. Istud maioris: Dupliciter intelligi carnem Christi, non eo dicit, vt sit vera duplex caro Christi: sed vt notione diuersa dicatur: id est, non vt dispareret res a seipsa, sed vt distingueretur homonymia vocabuli. At in Augustino, nulla est homonymia vocabuli: sed ipsa rei designatio. Pater, quoniam non opponat vocabulum vocabulo: siue corpus corpori: sicut Hieronymus carnem carni: sed corpus Sacramento, quæ duæ re differunt, nec minus sono.

XXIX. Præter hæc Gardineri, Bellarminique argumenta Gregorius de Valentia collegit tria § 21. punct. 1. quæst. 3. disp. de Eucharistia. Vnum, quia disputet Augustinus contra carnalem cogitationem Capharnaitarum, *Quæ carnaliter, inquit, putauerunt, quod præcisurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis*.

XXX. Et hoc quidem verum, quod ipsa lectio indicat: sed quomodo inde conficiatur necessaria illa Papistica interpretatio, nimis stupide neglexit ostendere. Nam quis ferat dicentem, Egit contra Capharnaitas: Ergo intellexit non hoc corpus: Quoniam scilicet, sublata ipsius manducatione, vna eademque opera tollitur illa laniatio. Quis enim non videt in hanc formam argumentatos esse Capharnaitas? Omne corpus carnaliter manducandum est. At secundum Christum, eius corpus carnaliter est comedendum. Ergo idem laniandum est. Christum ergo Augustinus in tro ducit negantem assumptionem, his verbis, *Non hoc corpus quod videtis manducaturus estis*.

XXXI. Alterum Gregorij argumentum. Quoniam alioqui locus hic Augustini etiam repugnaret Calvinistis, qui affirmant corpus ipsum Christi secundum te comedi oportere, licet non nisi modo imaginario.

XXXII. Magnas vero gratias debemus Iesuitæ sollicito ne nobis non bene conueniat cum Augustino. Macæ noua hac bonitate. Num quod Calvinistas calumniaris condonabimus reliquis morbi Iesuitici. Verum eheu tu, frustra cibi ea sollicitudo animum inuasit: atque vt scias, te nullo egemus mediatore, vt nos in gratiam reducas cum tanto viro. Neque nunc aut ille nobis contrarium dicit, aut nos illi. Christi nos carnem credimus per se esse manducandam, sed non sine distinctione. Nam manducari vel carnaliter dicimus, vel spiritualiter. Carnaliter manducandam per se nunquam aut dicitur nobis, aut creditur: sed tantum per aliud, neque in Sacramento, id est per panem. Spiritualiter vero & credimus, & profitemur manducandam per se: non enim per panem. Et hanc nos Augustini sententiam esse pro certo habemus: teque alio detorquentem accusamus *magis paulo et ea*.

XXXIII. Tertium argumentum. Quia tract. 94. 95. similiter interpretatus sit illa Christi verba, *tam non videbitis me*, Ioannis 16. id est ordinario modo, quo iam vobiscum verbor.

XXXIV. Sed violentam hanc Augustini interpretationem facile quibus deprehenderit. Nam si illud *tam non videbitis me*, significat videbitis me mutatum, quid illud dicemus paulo post eodem capite, *Modicum & iam non videbitis me: & iterum modicum & iam videbitis me?* Quid hoc inquam, est? Omnes sane intelligunt, de morte, & paulo post sequita resurrectione. Ipse Augustinus tract. 10. *Post paulum enim passus est, & non viderunt eum, rursus post paulum resurrexit, & viderunt eum*. Audin? resurrexit & viderunt eum? Quomodo resurrexit? Talisne: qualis erat mortuus? An potius mutatus, & immortalis factus? Ergo igitur viderunt non ordinario modo, quo iam cum suis versabatur. Atqui hoc ipsum dicebat Augustinus non videre eum, *Quid ergo est, Ad patrem vado, & iam non videbitis me: nisi quomodo sum cum vobiscum sum?* Tunc enim erat mortalis in similitudine carnis peccati, qui esurire poterat, atque sitire, fatigari atque dormire. Hunc ergo Christum, id est talem Christum, cum transisset de hoc mundo ad Patrem non erant iam visuri. Itaque qualis ergo ad Patrem ibat? Et tamen, *Ad Patrem vado*. Debit in tuam gratiam Augustine, *Ad Patrem non vado*, non enim idem vadebat, qui tunc erat. Sed nos ipsi potius credimus Christo, qui non id tantum, sed etiam paulo post, *Et iterum modicum, & iam videbitis me*. Vnde certum fecit eos se visuros, qui tamen viderent non amplius in similitudine carnis peccati: non amplius esurientem, sitientem, fatigatum, dormientem.

FINIS.